














MAGNI

G. PHÆDRONIS R. DE GELLEINEN HVSIO FRANCI OPVSCVLA

Iatro-Chemica quatuor

I. Praxis Medico-Chemica.
II. Halopyrgice, siue Pestis Medica-Chemica curatio.
III. Chirurgia minor.
IV. Furnus Chymicus.

IN *QVIBVS* NON *SOLVM* DIFFICILIO-*rum & insanabilium morborum ratio curandi* CHEMICA *proponitur, sed etiam ipsa præparandorum* ARCANORVM *doctrina, &* CHARACTERISTICÆ, *siue* COELESTIS *Physicæ Elucidatio perspicue demonstratur.*

Partim nunquam antehac edita, partim nunc latinitate donata prodeunt

E

BIBLIOTHECA SCHENCKIANA:

Curante

IOANNE ANDREA SCHENCKIO à Graffenberg, Medicinæ Doctore.

FRANCOFVRTI,
Typis Ioannis Wolphii, Sumptibus AntonI HummI.

M. DC. XI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

LECTORI CANDIDO S.

INter reliquas Paternæ Bibliothecæ reliquias, librosque Manuscriptos non vulgares, cum nuper in Iatrochemica PHÆDRONIS, Medici Celebris, scripta autographa incidissem, quæ multo abhinc tempore tenebris dicata tāquam inutile terræ pondus latitabant, cogitaui artem quātumcunque vtilem & eximiam, nisi reducatur in praxin & actum, mutilam esse & mancam. Eruere itaque & luci consecrare placuit. Quam enim parum prosint

bona consilia intra pectus recondita, nisi indigenti communicentur, vna mecum norunt plurimi. Delituit itaque chartaceus hic Labor, ipse quidem vt decumbētium salutem respiceret collectus, atqui imis conclusus latebris segniter citra dubium munere fungebatur suo. Sane Germanum Parentem, Virum industrium & doctum GEORGIVM PHÆDRONEM, *quid aliud his suis laboribus expetiisse coniectandum, quam vt iis proximorum, ægrorumque consuleret commodo? quam vt, quod ipse propria experientia rerumq́; cognitione, cito, tuto, & iucunde*

iuuandis ægris, expertus esset, posteritati literis demandaret? Solent quidem nonnulli, si quod arcanum nacti sunt, id intime sibi solis reseruare, atque si in artem raram aliquam aut recens inuẽtam inciderint, eam perpetuo silentio damnant. Qui quam sinistre bono publico faueant, abunde patet. Hæc vero Viris Asclepiadæis communicare animus est, vt simul cum cæteris ab ipso Authore publicatis magno ægrotantium commodo & auxilio inseruirent. Quod vt commodius expediretur, in vnum quasi corpus serpentia hinc inde membra construxi, frustillatim enim con-

cepta, nec non promiſcuo ſtylo ſcripta (aliqua Latino, Germanico pleraque) vni linguæ donaui, & aliquo modo redegi in ordinem, ne LECTORI nauſeam parerent. Quem meum laborem, quantumuis exiguum, bonis omnibus commendatum cupio obſecrans vt eundem ſerena fronte acceptent.

Ioannes Georgius Schenckius
à Graffenberg, Medicinæ
Doctor.

Monue-

MOnuerim hic Lectorem ne primo intuitu ab inusitatis aliquot curationes præmissas ingredientibus (vt quando scribit Mysterii nostri, Liquoris, Ophirizi, Essentiæ huius & illius, &c.) abhorreat; eorum enim componendi ratio vltimo huius operis tractulo describitur, FVRNO CHIMICO inscripto.



PRAXIS
IATROCHEMICA G. PHÆDRONIS MEDICI CElebris.

FEBRIVM CVRATIO.

℞. *Aloes ſuccocitrinæ ℥i.*
Myrhæ rubeæ
Croci pannonii an. ℥s.
Myſterii noſtri gr. 3.

Fiant Catapotia imperialia xv. cum ſucco vel aq. abſinthii, quorum tria ſumantur ab ægro ante acceſſionem ad vitioſam materiam febrium, quæ è parte quapiam late effuſa, omne corpus præhendiſſe videtur, rite diſcutiendam.

At ſi æſtuantem venarum & arteriarũ ſanguinem tabes populatrix obrepſerit, ante paroxiſmum cædatur aut interior cubiti vena, quę baſilica dicitur, aut cephalica omnium tutiſſima, ſiue ſcapularum atque humerorum

ſcarificatus fiant, iniecta protinus cucurbitula. Myſterium noſtrũ eſt quodlibet vniuerſale, vt tinctura ſolis, corall. marg. eſſentia antimonii.

PESTILENTIÆ CVRATIO.

℞. Liquoris theriacæ caphuratæ ℥is.
Ol. Margarit. gr. vi.
Corall. rubeor. ℈i.
Therebinthinæ gut. v.
E baccis Iuniperi gut. ʒ.
Eſſentiæ Chelidoniæ ʒs.
Aquarum rad. Tuſsilag.
Eringii an. ℥i.
Florum ſambuci
Leucoi, an. ʒs.
Vini rubei dulciſsimi ℥iis.
Myſterii noſtri gr. i.

Fiat potio Diaphoretica.

Liquor Caphuratus Theriacæ ita fit.

℞. Theriacæ ℥iis.
Myrrhæ rubeæ ʒx.
Croci orient. ℥ii.
Camphoræ ℥i.
Vini ſtillatitÿ ℥v.

Deſtillentur ſecundum artem.

CEPHALALGIÆ CVRATIO.

℞. Hydropiperis ad pagorum compoſita expoſiti, Miis.

Auricu-

Auriculæ muris
Betonicæ an. Ms.
Semperuiui Mi.
Solani Mis.
Aceti rosacei q.s.
Coquantur simul & addantur
Corall. rubeorum, ℥i.
Margarit. præparat. ℈s.

Fiat Cataplasma quod tam diu admoueatur capiti, donec omnis dolor quasi sopitus conquieuerit.

℞. *Hydropiperis Mi.*
Auriculæ muris Ms.

Ferueant in ℥x. aq. betonicæ ad consumtionem partis medicæ, colentur, & exprimantur.

℞. *colatnræ huius ℥v.*
Ol. è baccis Iuniperi gut. v.
Mysterii gr. i. F. haustus.

DELIRII CVRATIO, Hirnsucht/ oder Taubsucht.

℞. *Mysterii nostri gr. i.*
Aqua vitæ correctæ gutt. v.
Hydropiperis ℥iii.

Fiat potio tãtisper haurienda, quoad mente alienatus ad pristinum rationis vsum adductus fuerit.

EPILEPSIÆ CVRATIO.

℞. *Mysterii nostri gr. i.*

Marg. præparat. ℈s.
Elixiris vterini gut. v.
Aquæ peoniæ q. s.

Fiat potio quæ ante paroxiſmum Epilepticuo præbeatur, & ab acceſſione occiput inungatur balſamo, quod habet:

Ol. Therebinthinæ ℔i.
Galbani ſtalactici ℔s.
Gummi elemi ſiue hederæ ſtillatitii ℥ii.

Rurſus ſtillet abiectis fæcibus & phlegmate.

Gutta eiuſque ſpecies:

Vt Apoplexia, paralyſis, cuiuſcunque partis contractura, ac huius rudimenta, ſeu colicus dolor, iliacuſque, & aliæ ſimiles affectiones, vt ſtupor, ſpaſmus, tremor; tam in balnei introitu tam exitu æger ſumat potionem, quæ capit:

Aquæ vitæ correctæ gr. v.
Dracunculi Auguſtani ℥s.
Myſterii noſtri gr. i. s. F. potio.

Aqua Vitæ Correcta.

℞. ſucci dracunculi Auguſtani,
Melittenæ, id eſt, Meliſſæ,
Chelidonii
Hellebori vtriuſque ſingulor. ℔ i.
Piperum omnium ℥ i.
Carioph. ℥ii.
Cubebarum,
Zinziberis an. ℥is.
Cinamomi ℥ii.

Macis

Macis ℥i.s.
Mastiches,
Myrrhæ, an. ℥ii.
Cineris fabarum ℥v.
Aquæ mellis ℥vi.
Vini stillatitii correcti ℔ v.

Macerentur per nouem dies & separentur per pellicanum vsque ad spiritus, post capiatur hic liquor stillatitius.

℞. rosarum,
Flor. rorismarini
Saluiæ,
Leucoi.
Sampsuchi,
Verbasci an. vnciam semissem.
Zedoariæ ℥iis.
Cinam. electi ℥ii.
Macis,
Nucum Moschatæ an. ℥is.
Caryophill. ℥ii.
Cubebar. ℥i.
Amomi ℥ii.
Gran. parad. ʒvi.
Cibeti ʒs.
Ambræ ʒii.
Moschi gr. vi.

Macerentur in cineribus per dies tres, separentur & liquor stillatitius recondatur in vitro bene oblito.

Balſamum eiuſmodi per menſem continuetur.

℞. rad. vincetoxici ℔ iii.
Ebuli ℔ is.
Gentianæ ℔ i.
Filicis, Rot Farn *quart. i.*
Herb. dracunc. auguſtan.
Melittenæ,
Chelidonii an. Mii.
Lauendulæ Mi.
Hydropiperis,
Eupatorii,
Iuæ arthriticæ an. M 4.
Peruincæ Mii.
Flammulæ,
Erucæ rubeæ an. Miis.
Flor. lilii conuallii
Chameмeli
Verbaſci
Centaurii minoris
Prunellæ,
Betonicæ, an Mi.
Sem. Cannabis ℔ s.
Papaueris quart.

Aquæ cœleſtis vel Indici noſtri q. s. A balneo ſemper membra reſoluta illinantur vnguento, cui ineſt:

Oppopanacis ℔ s.
Galbani ℔ i.
Sagapeni quart. i.

Ammo-

Ammoniaci ℥ii.
Bdellii ℥i.

Dissoluantur in aceto & colentur & stilletur oleum secundum artem, cui adde

Ol. Therebinthinæ ℔ is.
Philosophici quart.i.
è baccis Lauri
Iuniperi an. ℔ s.
Spicæ ℥i.
Cantharidum ℥v.
Piperis vtriusque quart.i.
Cardamomi ℥ii.
Castorei recentis ℥iii.
Euphorbii ℥iis.
Mastiches,
Thuris, an.quart.i.
Myrrhæ ℔ s.

Omnia pariter stillent ad olei modum, cui adiice:

Stiracis liquidæ ℥is.
ranarum calamitium.
Laubfröschlin *num. xx.*
Lumbricorum terrenorum,
Pingued. taxi
Vulpis an. ℔ s.
Cati siluestris
Vrsi an. ℥iii.
Seui ceruini quart.i.
castrini ℥ii.

Aceti acerrimi
Vini stillatitii, an. ℥is.

Rursus stillet. Aut balnei & vnguenti loco vsurpetur fomentum eiusmodi.

℞. pingued. taxi
ranar. calamititu
Ol. oliuarum an. ℔ s.
è baccis Iunip. ℥v.
Mastiches,
Myrrhæ an. ℔ s.
Salis ℥ii.
Therebinthinæ ℥vi.

Misceantur & in caldario incendantur vt bene concrementur, membrum post supraponatur, in organo ideo, idque probe tectũ sit oportet, ne vapor expiret inutiliter. Si fotus remiserit, intendatur rursus, & ita per 12. horas continuetur quotidie. Ita vt succus flammulæ cumino stillatitio expressus, maneque & vesperi vsurpatus, breui depellit.

In spasmo quoque singulare.

℞. osciculi è limacibus albis per medium discißis
Tali leporis, an ℥ii.
Corall. rub. ppt. ℥s. Misce
℞. huius pulueris ℥i.
Mysterii nostri gr. i.
Aq. Ocymi gariophillati ℥iiii.

Fiat potio, quæ aliquoties reiteretur, ossicula tamen in manu probe calefiant necesse est, tunc partes conuulsæ ocyus liberantur, à mise-

miserabili illa distensione, contractioneque.

DESTILLATIO, SIVE FLVXIO quæque humani corporis.

℞. panchi magogi nostri,
Thuris masculi,
Corall. rub. ppt. an. ℈i.
Sulphuris chalcantini gr. ii.
Succi dydropiperis,
Sacchari candidiß. an. q. s.
Fiat bolus Chatarticus.

Vel

℞. panchimagogi nostri,
Sil. Imperialium an. ℈i.
Specier. è gemmis
Dramosci an. ℈s.
Opii granu i.
Fiant Catapotia in succo limonum.

NOSTRVM VERO PANCHI magogon ita fit.

℞. spiritus vini ℔ i.
specier. diambræ ℥is.

Superfundantur & hæ in illo, ad dies quatuordecim, in Sole macerentur, commissuris vasis optime oblitis, tunc spiritus vini fit rubicundissimus. Quotidie vero ter, quaterue moueatur, deinde spiritus à speciebus diambræ defundendus. Atque hæc in illo per Balneum M. ad dies octo aut quatuordecim macerentur. Sunt cutẽ purgatoria illa, quæ sequuntur.

℞. Scammoneæ recentis, ℥s.
Rheubarbari electi ℨiii. ℥i.
Colocinthidis ℨv. ſ. ℨs.
Agarici opt. ℨiiis.
Turbith. ℥s. ſ. ℨs.
Hermodactil. ℨiis.
Veratri nigri ℨii.
Folior. ſenæ ℥i.
Maſtiches,
Myrrhæ,
roſ. rubearum
Sem. fœniculi.
Aniſi an. ℨis.

Poſtquam hæc trita & macerata fuerint, ſacculo lineo iniiciantur, exprimanturque prælo ſtanneo, in expreſſione diſſoluantur aloes ſuccocitrinæ ℨxii. Ac vinum tandem in Balneo euaporare ſinito, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur. Ex hac compoſitione ſcrupulus vel dimidii inſtar per ſe ex Maluatico vel cum aliis catapotiis aggregatiuis aſſumi poterit. His adde etiam guttas aliquot olei chalcantini vt magis purgent.

AD OMNIA OCVLORVM vitia.

℞. Lythargirii albi,
Aluminis ſciſſi,
Tutiæ extinctæ, an. ℥i.

Aqua-

Aquarum Eufragiæ
Valerianæ
Fœniculi an. ℥ß.
Flor. alb. Verbenæ,
Cichorii,
Cyani an. ℥i.
Caphuræ ℥ß.

Trita simul stillent. Hoc liquore stalactico imbuatur linteum, eaque frigido eluantur oculi. Folia tamen Verbenæ subaluidos flores habentes, cinguli forma circa collum gestanda sunt per 9. dies. Sic Epiphora, Barbaris Lachryma, sic ophtalmia seu lippitudo, sic vnguis membranæ adhærentis (Fell in Augen) & alia id genus perfecte curantur, efficacissimo hoc amuleto. Pustulas, quæ corneæ oculorum tunicæ insident (Blattern in Augen) orbiculus à radice taraxici, linguæ suppositus, tollit è vestigio. Aut si in eiusdem corneæ ruptura, sectione aut exesu albuginis humor emanat, lutum Anatolinum, manu Imperatoris Turcici obsignatum, vel huius loco creta Melitensis, vulgo Italorum terra de Malta nuncupata in aqua rosarum dissoluta imponitur.

AVDITVS GRAVIS CVratio.

℞. Lumbricorum terrenorum
Asellorum, singulor. ℥iii.

Fellis

Fellis tauri ℥is.

stillent per Alemb. adde

Essentiæ elleb. nigri ℈i.

Succi Rheubarbari per oleum amararum amygd. expressi ℥is.

Ol. Camphoræ ℥is.

è sem. Nigellæ

Hyosciami

Papaueris an. ℥s.

Aquæ flor. Centaurij minoris ℥iis.

Chelidonij ℥s.

Croci orientalis ℈i.

AD DEPERDITVM FACIEI COlorem restituendum, Farbsichtig.

℞. aq. florum roris mar.

Betonicæ vtriusque an. ℥ii.

Herb. Verbenæ ℥iiii.

Absinthij ℥i.

Rad. polipodij ℥iis.

Mysterij nostri gr. i.

Fiat potio longa ad nitrosos colores faciei.

HÆMORHAGIÆ VTRIUSque purgatio.

℞. rad. saniculæ albæ ℥s.

Sem. cannabis,

Lactis q. s.

Coquantur & exprimantur, huius expressi

℞. ℥ 4.

Sulphuris chalcantini gr. ii.

Myste-

Mysterii nostri gran. i.

Fiat haustus. Foris tamen super fœmora maribus, fœminis autem super vtere frequenter calidum illud decoctum ponatur, donec omnino sistatur profluuium sanguinis.

℞. cort. opt. rad. hyosciami ℥s.
Aceti rosacei q. s. Misce.

IN OMNI ODONTALGIA.

Balsamum anodynum adhibeatur, aut dentes calido hoc decocto frequenter abluantur.

℞. rad. hydropiperis Mv.
Solani Mii.
Sem. staphisagriæ ℥s.
Sem. plantag. ℥i.
Cort. rad. tamar. ℥s.
Hyosciami ℥iii.
Rad. Tormentill. ℥ii.
Areti rosacei ℔ i.
Vini rubei ℔ ii.

Coquantur optime. Itemque venæ incisio & scarificatus vsurpatur more soluto. In dentem excauatum & exesum immitte pinguedinem ranarum, tunc dolor in perpetuum quiescet.

PVTRILAGO DENTIVM
Zantäule.

℞. succi vel decocti è vino plantaginis,
Chelidonii,
Symphiti aurei,
Dracunculi Augustani an. ℥iii.

Oxymelitis quart. i.
Aloes ℥ß.
Aluminis ℥ii.

Fiat gargarisma, quo vtetur quotidie. Quãdo dentes fœdo fœtore obducti nigrescunt, aut gingiuæ luxuria affluentes, cuiusdam humore concrescunt, cinere cauliũ rorismarini in mundissimo linteo posito, detergãtur quotidie, ad quinque vel sex dies, post idem vix altera aut tertia hebdomade repetatur.

ANGINÆ CVRATIO.

℞. Fungorum ad annosas sambucos adnascentium ℥ß.

Macerentur per noctem in aq. prunellæ ℥v. exprimantur & addatur mysterii nostri gr. i. fiatque potio. Deinde ægrotus ter, quaterue vtatur quotidie calido gargarismate quod recipit

Liquoris microcosmici ℥i.
Succi hyperici ℥ii.
Hydropiperis ℥iii.
Prunellæ ℥ß.
Oxymelitis scyllitici ℔ ß.

Interim quoque si in lingua scabritie exasperatur, aut gula tota lentore obducitur, coccineo panno perfricetur, vt sanguis erumpat. Foris autem ob tumorem conspicuum & dolores acerbos admouetur Cataplasma.

℞. Fungi sambuci ℥ß.
Rad. ebuli ℥ß.

Hydropiperis Mi.
Aceti rosacei q. s.

Addendo Camphoræ ℈s. fiat Cataplasma

DIAPHRAGMATIS PHLE-
gmone.

Hertzkeichen der Kinder.

℞. *Nasturcii aquatici minoris Mi. Vini vel aquæ q. s.*

Coquantur & addãtur Mysterii nostri, gr. ii. Fiat potio ad thoracis inflammationem. Planta sic decocta sedi affectæ imponitur instar Cataplasmatis.

PODAGRÆ CVRATIO.

℞. *Aloes, è decocto consolida media nouies lotæ ℥is.*
Mysterii nostri gr. xiiii.
Myrrhæ rubeæ,
Thuris albi an. ℥s.
Corall. rub. vel eius loco
Sardæ ppt.
Caribis citrinæ perlucidæ an. ℈s.
Vnicornu electißimi gr. 4.
Moschi opt. gr. ii.
Croci vulgaris gr. vii.

Fiat massa pilularum cum succo vel sale hydropiperis soluti, inde catapotia formantur, magnitudine pestilentialium Ruffi, quarum mane dentur ii. Herbæ nimirum Solidago media decoctæ, & Hydropiper expressum inter duos lateres collocentur, vt fimo sepeli-

ſepeliantur. Extrinſecus ob atroces dolores licet exhibeas, balſamum ſeu vnguentum anodynum calefactum.

℞. *olei gariophillor.* ℥ii.
E baccis Iuniperi,
Sulphuris chalcantini an. ℥i.

Stillent per Alembicum, commiſſuris probe oblitis, addatur poſtea

Ol. laterini ℥ii.
Therebinthinæ quart. i.
Caſtorei recentis
Opii an. ℥s.
Croci ℈ii.

Rurſus leni igne ſtillent, f. oleum anodynum, quo affecta ſedes illinatur; Vel ℞. Lythargyrii per alumen & acetum roſaceum ppt. ℔.i. Coquatur in aq. ſpermatis cancrorum & floribus cœli ad mellis craſſitiem, cui adde ſucci gammarorum quart. i.

Herb. hydropiperis ℔s.
Solani,
Semperuiui,
Flor. Nænupharis an. ℥i.
Coct. exter. hyoſciami ℥iis.
Ol. e ſem. papaueris ℥is.

Rurſus coquantur ad pultis ſpiſſitudinem, cui poſtremo adde opii in olei baccarum Iuniperi aliquot diebus macerati & colati ℥vi. Camphoræ ℥s. Myrrhæ, thuris an ℥i. f. vnguentum Anodynum, quod in vitro probe obturato,

rato, ad solem mensis spatio maceretur, & post calidum frequenter parti affectæ admoueatur.

Ad tophos autem vetustos & calculos dissipandos semel atque iterum quotidie adhibeatur Vnguentum.

℞. liquoris Mumiæ quart. i.
Ol. chalcant. dulcis ℥i.
Spiritus tartari correcti.
Miscetur. Vel
℞. Liquoris Mumiæ quart. i.
Ol. è baccis Iuniperi ℨx.
Therebinthinæ ℥iis. Misceatur.

MARCORIS CVRATIO.

℞. Mysterij nostri gr. i.
Ol. magarit. gr. vi.
Caulis Romani cocti, & sacch. candidiss. temperati. ℨs.
F. bolus qui sumatur creberrime

PVLMONVM CVRATIO,

Lungensucht oder faule Husten, außwerffen vnd stinckend Athem.

℞. Mysterii nostri gr. i.
Ol. è baccis Iunip. gr. v.
Aquæ dracunculi augustani ℥ii.
Hydropiperis ℥iii.
Misce, redigantur ad potionem.

ASTHMATIS CVRATIO.

℞. mysterij nostri gr. i.

Sulphuris præp. gr. x.
Rad. Helenii ℥s.
Mellis q.s. Misce ad modum Electuarii, dosis est totum.

THORACIS ASTRICTIO.

℞. *aquæ siue decocti herbæ ciclaminis cum nuce myristica è vino facti ℥iii.*
Mysterij nostri gr. i.
Fiat potio ad thoracis coarctationem, & angustiam, ieiuno stomacho sumenda.

PLEVRITIS CVRATIO.

℞. *Succi Tormentillæ ℔ s.*
Aquæ card. bened. ℥iii.
Saluiæ silueſtris ℥ii.
Flor. lilij conuallij
Buglossæ
Violarum
Boraginis an quart. i.
Cinamomi ℥iii.
Cerebri vulturis quart. i.
Mixta per dies octo macerentur & postea stillent per B. M.
℞. *Huius liquoris stillatitii ℥i.*
Mysterii nostri gr. is. F. potio.
℞. *Herb. Melittenæ,*
Praßii Mi.
Menthæ Ms.
Abſinthii p. i.

Mace-

Macerentur in vino ſtillatitio q.s. ad lentum ignem per horas 12.

℞. huius liquoris ℥s.
Ol. è baccis Iuniperi gr. v.
Vini maluatici ℥is.
Camphuræ gr. is.
Myſterii noſtri gr. i.

Miſce fiat potio diaphoretica, quæ mane & veſperi ægroto præbeatur. Extrinſecus loco dolenti adhibeatur Vnguentum.

℞. Olei ſtillatitii & expreßi ex amigdalis dulcibus an. ℥iii.
De lateribus ℥i.

Miſce fiat vnguentum molle ſecundum artem cum momento ceræ.

Vel

℞. Ol. oliuar. quart. i.
Succi Tormentillæ ℥s.
Cerebri vulturis. ℥i.

Miſce fiat linimentum, non tamen miſſio ſanguinis negligenda.

VENTRICVLI VITIOSA CONCOCTIO, Magenkranckheit.

Ante prandium & cœnam æger ſumat hunc bolum.

℞. Ol. è baccis Iuniperi gutt. v.
Conſeruæ anthos ℈is.
Myſterii noſtri gr. i.
Miſceantur ad bolum.

A prandio autem & cœna vtatur Tragea.

℞. Pulu. mentastri, rote Bachmintz. ℨs.
Germinum visci ex corylo aridorum ℈s.
Folior. quercus ℈i.
Galangæ ℨii.
Sacch. q. s f. Tragea

SPLENETICORVM CVRATIO.

℞. Liquoris Microcosmi ℥is.
Aquæ tamaricis ℥v.
Lapidis lazuli calcinati ℈s.
Mysterii nostri gr. i. f. haustus.
℞ Oppopanacis,
Galbani,
Ammoniaci a. ℥ii.
Olei benedicti correcti ℥is.

Fiat Emplastrum secundum artem, quod per sex vel octo hebdomadas gestetur super scyrrho lienis.

HYDROPIS CVRATIO.

Primum si abstinentia Leucophlegmatico imperata fuerit, paretur continua potio, quæ habet radicum Asclepiadis siue Vincetoxici ℥is. decoquantur nostro more in ℔ i. Vini Mal uatici, coletur vt exprimetur, in illius decocti ℥iii. mysterii nostri gr. is. maceratur per noctẽ in cineribus calidis, adde Rheubarbari per spiritum tartari correcti ℈i. ol. è baccis Iuniperi gutt. v. aquæ Veronicæ ℥ i. fiat potio, quæ ter quaterue sumatur quotidie, donec origo & causa morbi curculionis sublata esse videtur.

Dein-

Deinde ad dissipandum humorem, foris admoueatur oedipi decoctio.

℞. *Vincetoxici ℥ii.*
Herb. Ebuli Mi.
Arthemisiæ Mii.
Nasturcii aquatici minoris Mis.
Musci ad lapides adnati Mi.
Florum Nenupharinorum.
Verbasci,
Hyperici an. p. i.
Sambuci Mi.
Camomeli p. i.
Seminis Raphani ℥s.
Cumini ℥iii.
Farinæ fabarum ℥i.
Stercoris sicci columbini ℔ s.
Caprarum quart. i.
Gallinarum ℥is.

Coquantur omnia simul in vino rubeo, & aceto rosaceo, colentur vt valide exprimãtur. Linteum postea decocto calido intinctum adhibeatur tumori, quo ad omnino euanuerit, nullumque eius vestigium manserit. Potest tamen in curatione denique vti æger Electuario diacubebe sic parato.

℞. *Croci Martis subtilißime reuerberati ℥is.*
Spodii ℈ vs.
Sandalorum omnium an. ℥is.
Quatuor sem. frig. maior. a ℥ v. sem. Endiuiæ, Portulacæ,

Lactucæ an. ℈ii.

Sacchari cum ſucco malorum punicorum diſſoluti q. s. fiat mixtura ad modum electuarii.

ICTERI CVRATIO.

℞. *Myſterii noſtri gr. i.*

Lumbricorum terrenorum,

Aſellorum aridorum an. numero v.

Croci orientalis gr. iii.

Vini ſtillatitii cum Chelidonia & centaurio minori macerati. ℥ iß.

Maluatici ℥ iii.

Redigantur in potionem Diaphoreticam.

SODÆ CVRATIO.

℞. *Myſterii noſtri gr.* ℥.

Aloes lotæ ʒ s.

Cretæ marinæ ℈ s.

Sem. papaueris ℈ s.

Ol. nucum myriſticarum g. v.

Fiant pillulæ cum ſucco menthæ, vel aqua cyclaminis, numero ix. quarum tres ſimul deglutiantur.

VOMITIONIS CVRATIO.

℞. *Fermenti,* Saurteig *quart. i.*

Succi menthæ cum aceto expreßi quantum ſatis.

Coquantur in formam Emplaſtri, quod calidum ventriculo admoueatur, & ſi refrigefactum fuerit, rurſum admoueatur calens, atque quoties æger biberit ederitque per vnam atq; alte-

alteram horam relinquatur supra eius ventriculum.

COLICI NEPHRITICI DOloris curatio.

℞. *Extracti rad. chameleonis ℥s.*
Olei oliuæ stillatæ,
è baccis Iuniperi an. gut. v.
Sem. anisi gut. 8.
Aquæ hydropiperis ℥iii.
Mysterii nostri gr. i. f. potio.
℞. *Zibethi legitimi gr. x.*
Olei macis gr. vi.

Misce & inunge Vmbilicum, cortice iuglandis ad vnam atque alteram horam super imposito. Hoc quoque expeditissimum remedium deprehenditur in strangulatu vteri.

INTESTINORVM CALCVLVS, vulgo Constipatio.

℞. *Mysterii nostri gr. v.*
Mastiches,
Mumiæ an. ℥s.
Seminis anisi ℥i.
Diacidonii,
Mellis despumati, siue succi limonum, aut malorum cotoneorum q. s. fiat mixtura ad modum Electuarii. Dosis ℥s.

DIARRHEÆ CVRATIO.

℞. *Aquæ plantaginis, vel decocti radicis filicis, vel dracunculi Augustani ℥is.*

Liquoris caphurati ℥s.
Microcosmi ʒis.
Ol. caroll. rubior. ℈i.
Rob de ribes ʒi.
Croci Martis ℈s.
Mysterii nostri gr i. Misce in potionem.

LVMBRICORVM CVRATIO.

℞. Mysterii nostri gr. i.
Olei Therebinthinæ gut. v.
Aquæ hydropiperis ℥iii.
Absinthii ℥i. fiat potio.

Foris super fundum emissarii adhibeatur vnguentum, recipiens

Herb. virid. hyperici,
Centaurii minoris a Mi.
Aloes lotæ q. s.

Fiat secundum artem Vnguentum.

RHAGADES, CONDYLOMATA & hæmorrhoides in ceruice vteri atque ani margine, fissuræ siccæ in palmis plantisque pedum, Esseræ metallicorum.

In primis sumatur potio palestina, secundo fomentum tale quater aut quinquies vsurpetur quotidie ad fissuras.

℞. rad. vrticæ minoris ℥vi.
Rapontici ℥iii.
Symphiti regalis,
Eupatorii,
Pyrolæ

Centaurii minoris,
Prunellæ a Mi.
Farinæ hordeaceæ
Siliginis a ℥i.
Aquæ puræ q.s.ad decoctionem.

Aut huius loco mane & vesperi Vnguētum fissuris illinetur.

℞.*Pinguedinis cati siluestris*
Ceruі
Taxi
Petrolei an. ℥s.

Dissoluantur leni igne, & addantur olei de baccis Iuniperi ℥vi. è lateribus ℥iii. olei de spica ℥i. Misceantur.

SATYRIASIS FOEMINARVM.

℞. *Radicum raphani,*
Oleorum amigdal.amarar.
Persicorum a. ℥i.

Fiat metrinchites, qui per noctem relinquatur in ceruice vteri.

RENVM, VÆSICÆQVE ABscessus, & exulceratio.

℞.Fructuum halicacabi numero vii.Infundantur in vini optimi aut mediocris recēs cocti ℥iii. per horas 12. exprimatur valide & expresso addatur

Liquoris microcosmi ℥i.
Olei Therebintinæ gut.v.
Thuris albi ℥s.
Mysterii nostri gr.i.

Mixta in potionem præparentur.

TARTARI, SEV CALCVLI curatio.

*℞. Rad. acori vulg. siue lilior. croceorum gario-
phillata an. ℥i.
Herb. aquilenæ
Card. b. an. Mis.
Adianthi Mii.
Zinziberis albi ℥is.*

Coquantur nostro more in vino Alsatico, colentur & in expresso macerentur per horas 12.

*Mysterii nostri gr. ii.
Deinde addantur olei baccarum Iuniperi gr. v.
Croci orientalis gr. ii.*

Fiat potio quæ in balneo ter, quaterue sumatur. Balneum vero tale est.

*℞. Rad. & herb. raporum alborum
pastinacarum an. ℔ i.
Aquilenæ ℔ s.
Anonidis
Herbarum graminis,* Schaffthew/
*Veronicæ
Fragariæ
Buphtalmi
Adianthi,
Arthemisiæ,
Verbasci,*

Camo-

Camomeli,
Arispaltea an. Mi.
Betonicæ. floribus purpureis & albis præditæ an. Mii.
Prunellæ,
Card. bened. an Mi.
Sem. Arthemisiæ,
Raphani,
Vrticæ an. ℥v,
Fructuum halicacabi quart. i.
Aquæ niualis, pluuialis, aut roris collecti q. s.

Vel loco thermarum in Heluetia piperinarum, Castmiæ Alpinæ, aut Tophiriæ Bohemiorum fiat balneũ, quod ad dies x. vel xiiii. continuetur.

CARCINOMA VTERI.

℞. Rad. symphiti regalis ℔ s.
Aristoloch. rot. ℥vi.
Herb. Eupatorii,
Diapensiæ,
Leonpodii, seu pedis leonis,
Pyrolæ,
Vtriusque peruincæ an. Mi.
Dracunculi Augustani Mvii.
Pastinacæ,
Raporum an Mss.
Musti rubri mensuras 2.
Deferbeant simul, huius cape ℥iii.

Liquo-

Liquoris microcosmi ℥i.
Mysterii nostri gr.i.f.potio.
℞. *Therebintinæ ex aq.rosar.lotæ ℥vi.*
Aloes succocitrinæ ℥i.
Succi rad. symphiti maioris.
Aristolochiæ rot.
Herb. pyrolæ
Eupatorii,
Plantaginis,
Dracunculi Augustani,
Hydropiperis
Florum verbasci,
Hyperici,
Prunellæ,
Centaurii minoris
Betonicæ, a ℥iis.
Ol. anetheni
Ranarum,
Lumbricorum terrestrium an.℔ i.

F. Metrenchites, qui singulis diebus per 4. vel 5. horas demittatur in ceruicẽ vteri. Idemque & Rhagadibus pudendi, anique, ac apertis hæmorrhoidibus admoueri poteſt.

℞. *Pinguedinis ceruinæ ℔ s.*
Olei mercurii
Anethini
è vitellis ouorum an. ℥vi.
Ceræ q.s.

Fiat vnguẽtum ſupra dorſum; hæc tria, potio, clyſter, & vnguentum quotidie vſurpẽtur.

MOLÆ

MOLÆ EXPVLSIO.

℞. aquæ Melittenæ
Valerianæ an. ℥is.
Olei è baccis Iunip. gut. v.
è ſuccino gut. iii.
Myſterii noſtri gr. i.
Croci orientalis gr. iii.
Moſci gr. i. f. potio.
℞. Scammonii ℥iii.
Lapidis lazuli ʒs.
Succini ʒvi.
Chriſocollæ factæ, Borreß, ʒii.
Croci auſtrii ℥ii.
Opopanacis col. q. s.

Fiat metrinchites ſiue peſſus Vuluæ, qui primo quoque tempore ad molam extrahendam adhibeatur, ne ea ad iuſtam magnitudinē perducta, interficiat mulierem vtero geſtantem.

HERNIÆ VTRIVSQVE CVratio.

℞. Extracti radicis ſolidag. maior. ℥s.
Saniculæ albæ ℥i.
Salis hydropiperis ʒs.
Aquæ vincetoxici ℥iii.
Olei è baccis Iuniperi gut. v.
Myſterii noſtri, gr. i.

Fiat potio ad hydrocelem, ſarcocelem & omnium ramicum genera. Contentio immoderatior fugienda eſt hernioſis.

STRANGVLATVS VTERI.

℞. Liquoris theriacæ caphurati ℥i.
Extracti rad. chameleonis ℥s.
Ol. thuris alb. ℈i.
Cinam. vel gariophil. gut. iii.
Elixiris Vterini gutt. v.
Aquæ flor. Sambuci ℥iii.
Chamemeli ℥is.
Hydropiperis
Tincturæ Balsami g. v.
Salis è stanno ℈s. f. potio.

HYSTERICORVM AFFECTVVM syndrome, mensium suppressio, aut immoderata purgatio, & albicans fluor vterinus.

℞. Aquæ Melissæ
Valerianæ an. ℥i.
Pulegij ℥s.
Arthemisiæ
Flor. lilior. alb.
Saniculæ an. ℨvi.
Olei è baccis sauinæ
Lauri
è succino citrino an. gut. s. v.
Elixiris vterini gut. v.
Salis è vino ℈i.
Mysterii nostri gr. i.
Croci gr. ii.

Fiat potio quæ sumatur mane & vesperi.

Elixi[r]

Elixir Vterinum sic fit:

℞. Florum Leucoi, gelb Violen/
rorismarini,
Lauendulæ, an. ℥v.
Herb. ocymi,
Garyophillatæ,
Sampsuci vel amaraci
Saluiæ an. ℥s.
Rad. Carnabodii, vel Doronici, alex. ℥is.
Macis,
Nucularum Moschatarum
Cinamomi præstantissimi an ℥ii.
Gariophill.
Cubebarum vulgarium an. ℥i.
Masticbes,
Thuris
Myrrhæ an. ℥s.

Essentiæ vini tantum vt palmam superemineat, quæ mixta septies è Balneo proiiciantur, post liquor stillatitius temperetur cum puluere foliorum opirizi numero xx.

Margaritar.
Corallior. rubeor. an. ℥i.
Granati,
Rubini & sardæ an. ℥s.

Macerentur per mensem in Balneo, & postea more Chymico oleum à phlegmate separetur.

STERILITATIS CVRATIO.

℞. Extracti rad. satyrionis Erythronici ℥s.

Salis

Salis Melittenæ ℈i.
Olei è sem. vrticæ minoris gut. iii.
Liquoris Cinamomi cum vino stillatitio prolecti ℥is.
Elixiris vterini gut v.
Mysterii nostri gr. i.

Fiat potiuncula, quæ mane & vesperi hauriatur.

LVIS VENEREÆ CVRATIO.

Æger in hypocausto bene calido per biduũ aut triduum moretur, & assumat Medicamẽtum eiusmodi.

℞. *mysterii nostri gr. i.*
Theriacæ ʒs.
Electuarii è succo ros. mes. ʒi.
Vini Traminei. ℥is.

Ex his præparetur potio quæ semel atque iterum exhibeatur.

Vel

℞. *aq. Theriacæ ℥s.*
Salis ex hydropipere ʒs.
Mysterii nostri gr. i.

Misce. Quo facto æger tandem descendat in solium aquæ calidæ, cui inest

Aluminis ℔ v.
Salis ℔ x.

Misceantur, superfundatur acetum scyllinum, ac postquam per dies tres ita sub dio steterit, efferbeat vsque ad siccitatem, deinde in aqua pluuiali rursus decoquatur, ad quandam olei

olei craſſitiem, atque hæc à nobis dicuntur Thermæ factitiæ, quibus addatur

Rad. Vincetoxici ℥x.
Solidaginis maioris,
Ariſtolochiæ rotundæ an. quart. i.
Saniculæ albæ, vel eius loco cyclaminis ℥iii
Herb. centaurii minoris,
Pyrolæ ſyluaticæ, an. Mii.
Chelidonii Mis.
Solidaginis aurei,
Hydropiperis an Miii.
Folior. quercus Mii.
Summitatum Iuniperi Miis.

Fiat balneum quo ægrotus tantiſper vtatur, donec exanthemata ſiue puſtulæ, tophi diro cruciatu orti, & maligna vlcera euanuerint.

Verrucæ tamen, fungi, oſſa, corruptione extincta, & cætera quædam contumaciora, noctu à balneo, præter communem vlcera tractandi rationem, ſic tractanda ſunt per caroticum lauacrum:

℞. Ol. Vitrioli ℥s.
Aquæ ſanguinis humani,
Hydropiperis an. ℥is.

Vel

℞. Ol. gariophillor.
è camphora per albumen oui facti ℥i.

Miſce, & hoc Vnguento ſeu liquore delibuta, obliga, vna cum Emplaſtro ſtictico.

GLABRITIES, SIVE CAPILlorum defluuium.

℞. Fol. absinthij,
Rorismarini,
Betonicæ,
Mentastri,
Pulegii,
Abrotani an. Mis.
Rosarum Mi.
Rad. Asari ℥iii.
Thurbethi orientalis ℥s.
Nucum cupreßi numero iiii.

Efferbeant in lixiuiis, & colentur, caput adiuncto sapore Veneto abluatur, & tepido detersum, postea rursum illinatur.

℞. Aquæ stillatitiæ mellis,
Vrinæ an. ℔ s.
Ol. è serpentibus quart. i.
Gariophillorum ℥ii. Misce.

GVTTVRIS EXVLCERATIO.

℞. Radicum symphiti maioris ℥iis.
Aristolochiæ rotundæ ℨvi.
Herb. pyrolæ Mi.
Hydropiperis Mii.
Hyperici Mi.
Prunellæ Mis.
Hordei p.i.
Vitrioli albi ℥s.

Salis

Salis gemmæ ℥is.
Thuris masculi,
Myrrhæ electæ in potia ligat an. ℥s.

Decoquantur in aq. pluuiali ad ℔is. coletur & in colatura dissolue oxymal. scyllitici ℥ix. f. gargarismus.

Dentes mobiles

Inungantur oleo è croco martis. Vel ℞. olei vitrioli g. v. decocti plantaginis è vino rubeo facti ℥is. Misce simul. Lapsuri vero oleo è nucibus myristicis inungantur.

GONORRHEA VIRVLENTA.

℞. *Sem. portulacæ,*
Lactucæ,
Plantaginis,
Solani an. ℈ii.
Quatuor sem. calidor. an. ℥s.
Croci martis subtilißime reuerberati,
Boli armeni extreme calcinati an ℈ii.
Sardæ optimæ ℈ iis.
Spodii ℥iis.

Puluerisanda puluerisentur, & addatur Electuarii à gemmis q. s. fiat mixtura ad modum eclegmatis, cuius ℥i. mane hora tertia, ac vesperi nona sumatur.

Inguinum Bubones.

℞. *Diachili magni ℥i.*
Olei è lateribus ℥s. vel

Olei è galbano, vel
Olei è Ammoniaco.

Misce fiat vnguentum maturatiuum ad bubonem venereum, qui apertus post sanetur cum Emplastro stictrico. Diæta quæ tanquam calcutatrix palato bolos admetiatur, non adeo anxie præscribenda est, vt Nasutuli Doctores puerperarum legibus affabre comminiscũtur, sed aliquanto plenior victus ratio & vinum oligoph. & cibus mediocri sale conditus præbeatur, pro morbi ac remediorum conditione instituenda est.

LEPRÆ, ITEMQVE TINEÆ curatio.

℞. *Aq. Melitenæ*
Valerianæ an.℥i.
Betonicæ,
Arthemisiæ,
Fumariæ,
Cichorÿ an.℥s.
Liquoris microcosmi
Theriacæ caphuratæ a.℥is.
Olei è baccis Iuniperi
Lauri an.gut.v.
In quibus dissolue
Florum caßiæ recenter extractæ ℥iii.
Mannæ calabrinæ ℥s. & adde syrupi de stichados ℥vi.
Mysterii nostri gr.i.

Misce fiat potio palæstina, quæ à ieiuno quoti-

quotidie hauriatur in balneo, eaq; sola ad lentiginem delendam satis est. In Laubflecken oder Leberflecken.

Balneum sic paratur.

℞. radicum & herb. viridum balatrachii siue flammulæ M x.
Tussilaginis M v.
Thermarum factitiarum q.s.

Fiat balneum, quo leprosus vtatur tam diu, quoad nihil sordium & impuri excrementi educatur amplius è corpore elephantico. Licet denique in solium aquæ cœlestis demergatur, aut balnei Indici.

CVTIS, QVÆ FACIEI OBTENditur, alieno colore fœdatæ curatio, ad capillorum quæuis vitia, eorumque commendationem.

℞. Vini stillatitii ℔ is.
Album. ouorum coctorum x. vel xii.
Calcis corticum ouorum ℥vi.
Tartari vsti,
Aluminis scissi vel plumosi,
Salis gemmei an. quart. i.
Stillent in aquam, cui adde
Radicum poligonati ℥ii.
Asphodeli,
Brioniæ,
Liliorum alborum an. ℥i.

Aronis ℥ß.
Solidaginis maioris quart. i.
Herbarum flammulæ M iii.
Leuistici M i.
Florum fabarum
Lilii conuallii an. M ii.
Rursum stillent, & addatur
Aqua vitium adolescentium incisarum ℔ ß.
Mellis quart. i.
Camphoræ ℥ß.
Folior. auri ʒ ii.
Limaturæ stanni,
Saturni,
Veneris. an. ʒ i.
Marcasitæ aureæ & argenteæ
Chimoleæ an. ʒ ii.

Macerentur ad mensem in fimo equino, colentur, & stillent postea fiat lauacrum tincturæ foris adhibendum, aut capilli eo perluantur diebus 14. Interim adiice camphoræ ʒ i. & potione palæstina vti liceat.

SCABIEI CVRATIO.

In primo balnei insessu eiusque exitu bibatur potio diaphoretica, & ita balneum Indicum vsurpetur ad dies 8. Deinde sumatur balnei Indici ℔ i. petreoli ℥ iii. Olei philosophici ℥ i. Coquantur simul probe operculata, & tandem liquor refrigeratus à spongiis imposítus absorbeatur, quæ post demittentur in balne-

balneum Indicum. Idque rursum continuetur ad dies 8.

AMBVSTA QVÆQVE AC GElu absumpta.

℞. olei nucum cocti ℔ s.
Pinguedinis ceruinæ,
Seui hircini an. ℥is.
Olei è vitellis ouorum
Ceræ, an. quart. i.
Fiat vnguentum quo vlcus perpetuo madeatur.

VARICES, Spannadern Krampff/ oder schwartz aufflauffen.

Instituatur phlebotomia, à qua mox illinenda stillatitia pinguedo humana ad aliquot septimanas.

VENENATORVM CONTAgiosorum affectuum curatio.

℞. Siderici à veteri Alsatico vino decocti ℥v.
Syrupi è citro ℥i.
Liquoris theriacæ caphurati ℥s.
Microcosmi ℥iii.
Olei therebinthinæ
è baccis Iuniperi an. gut. v.
Corall. rubeorum ℥s.
Specierum è gemmis ℈i.
Sigilli Lemnii gr. v.
Vnicornu electi gr. iii.
Mosci optimi gr. i.

Croci orientalis gr.iii.
Mysterii nostri gr. is.
Misce, fiatque potio diaphoretica.

ERYSIPELATIS CVRATIO.

Primum quotannis pertundantur varices in crure vel pede, deinde præbeatur medicamentum, quod habet

Succi tartari gut.x.
Aquæ hydropiperis ℥iii.
Mysterii nostri gr.i.

Misce in potionem, postremo linteum è calido hoc decocto imbutum frequẽtissime igni sacro applicetur.

℞. *Pul. myrrhæ rubeæ*
Thuris albi in petia ligati an.℥s.
Aceti acerrimi ℔ i.
Vini austeri aut aromatici ℔ ii.
Coquantur simul.

APOSTEMATVM CVRATIO.

Aliud simplex vel benignum apostema est, aliud malignum. In maligno præter Chirurgicam medendi rationem, exhibeatur potio, cui inest

Mysterii nostri gr.i.
Succi tartari gut.x.
Ol.terebinthinæ ℈s.
E baccis Iuniperi gut.v.
Liquoris theriacæ caphurati ℥s.
Aquæ Valerianæ,

Fumariæ,

Veronicæ an.℥s.

Misce fiat potio. Extrinsecus autem primo admoueatur medicamentum exulcerationem aperiens, præsertim in carbunculo, buboneque pestilenti.

℞. *Realgaris cristallini ℈i.*

Calcis non extinctæ ʒi.

Visci quercini q.s.

Fiat vnguentum aperiens. Deinde eodem prorsus modo, vt in simplici abscessu fieri solet, imponatur medicamentum concoquens & attrahens, vulgo maturatiuum cum attractiuo coniunctum.

℞. *Succi herbæ althee,*

Ebuli,

Caulium,

Rutæ,

Oxylapathi,

Hydropiperis an.℥s.

Mucilaginis è sem.lini,

Fœnugræci,

Psylij

Cydoniorum an.℥iii.

Colophoniæ,

Visci è fibris abietis, von frischen Danzäpfflin

Therebinthinæ,

Summitatum laricum,

Iuniperi,

Rad.consolidæ maioris an.℥i.

Bdellii ℥vi.
Ficuum
Passular. coctar. an. ℥i.
Fabarum an. ℥s.
Pulueris Rheubarbari ℥ii.
Rad. hermodactilor. ℥s.
Carabis citrini ℥s.
Pinguedinis vulpis
Cati an. ℥is.
Lactis muliebris ℥iii.
Olei è lateribus ℥iii.
è baccis Iuniperi ℥vi.
Anethini,
Chamomelini,
Amigd. d.
è vitellis ouorum an. ℥is.

Fiat Emplastrum secundum artem suppurans. Postremo cum Emplastro stichico inducatur cicatrix, neque tamen venæsectio prorsus contemnenda.

VLCERVM CVRATIO.

Primum quo immanis dolor vlcerum, vt gangrænæ, cancri, phagedenæ, & similium per balsamum aut vnguentum anodynum leuatus est, quotidie ter potio chironica danda est, quæ capit

Vincetoxici ℥i.
Herbarum pyrolæ
Centaurii minoris an. Mi.
Succi dracunculi Augustani

Consolidæ mediæ
Hydropiperis an. Mii.
Chelidonij Mis.

Coquantur nostro more in lebete aquę feruentis per sesquihoram, commissuris canthari farinæ pulticula optime circumlitis, cum cereuisia, musto, recentiue medone coletur & exprimatur

℞. huius expreßi ℥iii.
Aquæ germinationis ceruinæ ℥ii.

Et in ijs dissolue

Mannæ granatæ ℥i.

Post adde

Rhabarbari per spiritum Tartari extracti ℈i.

Misce fiat potio.

℞. Huius expreßi ℥iii.
Olei è baccis Iuniperi gut. v.
Mysterii nostri gr. i.

Misce fiat potio. Deinde si necessitas postulat, vt ad ora perdura atque callosa siue ostrocosa herpetis, æstiomeni, zum Wolff, causticum medicamẽtum (Gregariis Doctoribus) vtendum erit tunc semel atque iterum adhibendum est, quod habet.

℞. Olei ex arsenico fixo,
Aluminis vsti ex aceto restincti.
At huius loco Chalcanti præp. an. ℥s.
Misce fiat vnguentum.

Vel

℞. olei ex arsenico fixo,

Succi

Succi chelidonii an ℥iis.

Coquantur ad consumptionem succi & addantur

Olei gariophillorum ℥ii
Realgaris cristallini ℥s.

Misceantur, & linteum eo imbutum admoueatur. Interim tamen circumquaque affectæ sedis ambitus repellente medicamento (repercussiuum & defensiuum vulgo nominatum) sedulo muniendus est, videlicet calido œsipi decocto, quod symtomatum vrgentium, tutelare nomen positum esto. Post ad eschoron siue crustam liberandam ad corruptæ carnis solum excutiendum superponatur.

℞. Vnguenti è cerussa ℥s.
Olei è lateribus ℥i.
Pinguedinis ceruinæ,
Butyri crudi an. ℥is.

Misceantur, tunc expurgans Vnguentum (alias mundificatiuum nuncupatur) vlceri est apponendum, cui inest

℞. Therebinthinæ in vino rubro potentißimo prope ad consumptionem coctæ, & ex aqua hydropiperis, ac chelidonij nouies lotæ, aut visci è fibris abietis ℥iiii.

Vitellorum ouorum x.
Mellis crudi ℔ s.
Aloes ex aqua cyclaminis & plantaginis lotæ ℥i.
Aluminis calcinati & aceto aliquoties restincti ℥is.

Viridis

Viridis æris ℥s.
Vitrioli Chalcanti ℥vi.
Coquantur simul in formam Vnguenti fusci.
℞. *Huius vnguenti quart. i.*
Olei è mercurio ℥i.

Misce & vtere. At si ossa carie exesa, si caro liuida & nigrescens corruptione extincta, si deniq; pars quæpiam syderatione prorsus emortua sit, libera solerti manu tollantur aut organis, & cætera restinguantur ita

R. *Olei cariophillorum*
è Camphora per albumen facti an. ℥s.

Misceantur & pariter cum Emplastro stichico, locus affectus obligetur, donec omnia carne rursum tecta fuerint. Postremo solidandum est vlcus emplastro stichico, quod ita fit

℞. *Ceræ virgineæ*
Lithargirii aurei an. ℔ i.
Picis colophoniæ,
Lap. calaminaris an ℥iis.
Ol. oliuæ ℔ is.
Opoponacis,
Sagapeni,
Bdellij,
Ammoniaci
Galbani in aceto dissoluti an. ℥is.
Hæmatitis veri,
Corall rubeorum,
Sardæ an. ℥vi.
Mumiæ,

Mastiches,
Myrrhæ,
Thuris an.℥i.
Antimonii præp.℥s.
Croci martis ℥ii.
Resinæ laricæ ℥iis.

Coquantur s. a. in formam Emplastri, & malaxetur cum oleo hyperici ac lumbricorum.

AD CONTVMACIA VLCERA, quæ non facile coeunt ob putridas carnes, & alia vitia.

Recipe salis ammoniaci & Tartari calcinatorum quantum voles, sublimentur, sublimata purgatorio recipiantur, ac recepta vna cum fœcibus denuo permisceantur, & sublimentur iterum. Purificata & sublimata, sal armoniacum, in vitrum posita, in cella in liquorem per se fluant. Obdurentur penna vlcera, cacoethe, & superimponatur stichicum Emplastrum.

VVLNERIS CVRATIO.

Postquam quadam solertia, ex vsu quotidiano comparata, labra plagæ detersa, bene inuncta, ossa fracta in organo sphærico probe collocata, aut luxata carnificum institutione in sedem pristinam restituta fuerint, tepido primum Vnguento vulnus quodq; (in capite tamen

men sauciato propter menigum nobilitatem medicamentum serico imponatur) impleatur, & oleum nostrum calidum (vel oleum è baccis Iuniperi) puncto cuique per syphonem iniiciatur, eodemque contusa, fracta, aut loco mota illinantur, quibus si potest Emplastrum stichicum super impositum fuerit, circumquaque in ambitu medicamentorum affecta pars irrigatur calido œsipi decocto, ob symptomatum fluxionis alicunde irruentis ferociam, phlegmonis imminentis effrenationem, aliorumque sæuiorum præcautionem, idque hoc modo bis quotidie iteretur ad dies VIII. vel IX. quoad satis validum esse constet, semper tamen ante obligationem plaga cerotico lauacro primis diebus eluatur.

VNGVENTVM VVLNERARIVM.

℞. Herbarum viridium peruincæ,
Hydropiperis,
Solidaginis aureæ an. Mii.
Ophio glossi,
Plantaginis an. Mi.
Radicum symphiti maioris ℥vi.
Aristolochiæ rotundæ ℥iii.

Contundantur hæc omnia ad modum pulticulæ, adiecto vini momento, canthаro imposito, in aqua feruente, decoquantur per horas x. instar potionis chironicæ, excocta rursus contundantur optimo & per linteum

colen-

colentur, colatumque permiſceatur cum mellis crudi, vel eius loco Butyri maialis crudi ℔ i.

Viſci lumbricorum ℥ v.
Medullæ ceruì ℥ iii.
Mumiæ noſtratis quart. i.
Salis fuſi
Croci Martis,
Florum viridis æris an ℥ s.
Carabes citrini ℥ i.

Cantharo impoſita vt ante decoquantur, iterum ita calide per linteũ colentur, exprimãturque prælo, poſt ſiſtantur ad ſolem aut in fimum equinum calentem maceranda.

OLEVM NOSTRVM VVLNERarium ſic habet.

℞. Olei è ſemine hyperici expreſſi,
Therebinthinæ noſtratis, ſiue reſinæ laricea an. ℔ s.
Vini rubri opt. ℔ i.

Coquantur ſimul per horæ ſpatium, deinde addatur

Olei Oliuæ recentis quart. i.
Vini rubri opt. ℔ is.

Rurſus coquantur horæ interuallo, poſt addantur

Florum hyperici
Prunellæ
Centaurii minoris
Vini rubri opt. an. q. s. ad impletionem olei.

Iterum

Iterum coquantur per 6. horas ad consumptionem vini, & addatur postremo Masticis,

Myrrhæ,
Thuris, an. ℥is.
Mumiæ ℥iii.

Macerentur omnia simul per mensem aut diutius ad solem. Deinceps vulnus cum pluma balsamo imbuta illinatur & emplastrum stichicum superponatur tamdiu, quod nec venæ arterięue, nec nerui, aut vincula media, aliaque id generis adpareant.

BALSAMVM VVLNERARIVM nostrum.

℞. Olei Therebinthinæ ℔ s.
è lateribus quart. i.
Florum hyperici,
Centaurii minoris,
Solidaginis aureæ an. q. s. ad implendum.

Macerentur in sole diebus VI. & exprimantur. Postea rursus vt ante impleatur floribus & digeratur, idque septies iteretur oportet. Tandem addatur Therebinthinæ lotæ ℥vi. Iterum macerentur. At si quid ex ictu in parte læsa vel resimum est, vel obscurius medicamento relinquitur, vt tela retusa vel spiculis allata, & globi bombardini, in commissuras cauitatesque ossium sub cranium, & intra sinus oculo-

rum immissi, id verbis ad digitum numeratis extrahendum est.

Alias vero ad ossa libera, ad instrumenta confracta & similia in deploratis vulneribus relicta, cõmunis emplastri stichici loco admoueatur, quod habet

Ceræ ℔ *i.*
Succi dracunc. Augustani ℔ *s.*
Picis colophoniæ,
Schusterhartz *an. quart. i.*
Gummi ammoniaci ℥*ii.*
Succini flaui ℥*iii.*

Fiat emplastrum secũdum artem, quod malaxetur cũ oleo ex vitellis ouorum. Postremo plaga solo emplastro stichico communi deuinciatur, donec omnia ad cicatricem perducta fuerint. Semper tamẽ quod omnium primum est, Chyronica potio adhibeatur.

MORBI COMITIALIS, SIVE CAduci Iatrochemica curatio.

Primum alexipharmacum excellentissima humani sanguinis essentia est, cuius ordinatæ ad æstuosos lunæ cursus vsu efficitur, vt nullius Epilepsiæ circuitus vnquam cœlestium causarum vi cieantur. Hæc chymico modo in hac forma elici potest. ℞. sanguinis humani adhuc calentis ℥vi. Vini stillatitii ℥i. macerentur

rentur diebus 40. in cucurbitina ampulla, deinde stillatim è balneo agantur, ac singulari opere separetur candidus à flauo liquor. Huius scrupulus ab ipso nouilunii tempore datus prima aggressione, facit vt agitatione sedata deferuescat comitialis ille furor, neque vlla in omnes annos consequenter Epileptica concussio præhendat.

Sic quoque & illustre oleum cranei humani, pondere trium granorum, morbum comitialem tollit funditus, vt nulla eius inuasio, syderum impulsu agitata, vnquam moueatur in posterum, idq; hoc modo paratur. ℞. cranium humanum, quod nunquam humatum, omnique humore priuatum sit, minutissime cõtundatur, & in vaso retorto per seraphinum pellatur igne acerrimo, donec omne phlegma extillauerit in subiectum receptaculum, id rursus super fœcem relictam aspersum, vt prius arte stillatica vrgeatur. Tunc si tertio eadem opera reiterando reintegretur, eminentissimũ oleum humani cranei apparet. Quod thesauri instar pretiosissimi vitro bene obturato recondatur ad vsum.

Verum in aliis quoque animantibus humanissima quædam mysteria sunt abscondita, vt in alce, vulture, ape, quæ eadem ratione in perpetuũ profligant cõuulsionem Epilepticã: sed ipsorum multitudini supersedendũ esse cẽseo

hoc tempore, ne præter voluntatem meam longior ſim.

Alterius apotropæi vſus huiuſmodi eſt, primo acceſſionis inſultu, laboranti nouem grana ſtimmeos reuerberati præbeantur, in ipſa luctatione ac concertatione mali exagitati: grana decem & octo, cum quadam ſolertia ingerãtur ab hoſtili ſtrage edita horæ ſpatio poſt rurſus nouem grana exhibeantur, & ſi deinceps quando morbus victus cauſarum validiorum iniuria prouocatus recurrit, iterum ad repellendum eius impetum, atque ignitum furorem ſic contra pugnaueris, à tertia paroxyſmi anticipatione, nulla vis inimica Epileptico aduerſabitur, aut conſuetas eius interturbatas functiones.

Tertium linterium eſt, vt ſcrupulus liquoris Ophirizi, conflictato detur, horæ ſpatio, ante ipſum acceſſionis initium & exactis tribus horis poſt, finita incurſione, ſemiſcrupulus, idque ad ſextam vſque periodum ſuſpectæ eminentiſque epilepſiæ, repetatur, tunc eius fons in quacunque corporis ſede deliteſcens, reſtinguetur vniuerſus, & omnis exacerbati onis motus conquieſcet.

Poſtremum amuletum eſt, clariſſima corralliorum rubeorum tinctura, quaſi pondere ſemidragmæ prima aggreſſione propinetur, & dein quoties morbus rurſus alio inardeſcit, incendio

cendio, aut motu nouo quasi turgescens excandescit, vt antea reiteretur, Epilepsiam absumit omnino, eamque decretoriis diebus solutam, optima valetudo postea excipit.

Mitto hic excellentissima gemmarum arcana, liquoris nimirum smaragdi, Adamantis, granati, Turcoidis, quod eodem modo efficiant vsurpati, ne vllus morbi comitialis typus, concurrentium causarum molestia stimulatus, redeat in æternum.

Hactenus de quatur phylacteriis siue mysteriis Olympicis actum est. Nunc ad Euporista medicamenta accessuri, singularem curandi legem & rationem experimentis quotidiano rerum vsu confirmatam erogabimus.

Primum corpus ne vlla Epilepsiæ periodus intimarum causarum malignitate succedat amplius, purgandum est ellebori nigri granis tribus è tenui medone, vel aqua potius sumpta, in qua hypoglossum decoctum sit, adiectis ad extremum aromatibus. Eius conficiendi ratio talis est. Radicis veratri nigri, purpureis floribus præditi, recentes grauidæque concidantur, & ætherea Vini essentia aspersa, per Seraphicum impellantur, igne paulatim aucto, dũ omnis humor prolectus esse videatur: deinde rursum cœlestis vini essentia, molliusculo igne per balneum à melampodii liquore separetur, & in hoc humore, qui ampullæ cucur-

bitinæ fundo ſubſternitur, Sacchari candi q.s. eſt reſoluatur, tunc elleborine noſtra optime præparata eſt.

Deinde à corporis euacuatione adhibendum eſt tonoticum eſſentiæ chalcantinæ ſeu olei ex vitriolo in ſublime elati, & in volatilem eſſentiam redacti, cuius ſubſidio Epileptica diſtenſio penitus tollitur, & corpus affectum per mali conſopiti ac veluti obtuſi concoctionem, ad primam Naturæ bonitatem redit. Ea ſi deſit, compoſitio arcani Olympici fiet ex his

℞. Chalcant. Vngarici ℔ xii.
Spodij electi
Camphoræ an. ℥v.

Hæc tria aqua ſeminis peoniæ luna decreſcente collecti irrigantur, & per deſcenſum Chymicum omnia ſimul vrgeātur ad rubram vſque fæcem.

℞. Fœcis huius rubræ ℔ i.
Liquoris ſtillatitii ℔ ii.
Eſſentiæ vini,
Aquarum chelidoniæ,
Melittenæ,
Chamedrios,
Valerianæ
Plantaginis an. ℥is.

Omnia ſtillatim acri igné agantur per vitrū retortum, tum

℞. Fœcis rubræ ℔ ii.

Liquoris ſtillatitij ℔ *i.*

Primum macerentur, deinde nocte dieque pellantur è vaſe retorto, tũc phlegma, ſpiritus & oleum emanant ſimul, quæ ita ſegregantur: è balneo phlegma ſecernitur, per ſeraphicum ſpiritus, in athanore, oleum rubicundiſſimum. Phlegmatis ℥i. pueris ante acceſſionem ſiue paroxiſmum datur; ſpiritus ℈i. conſtanti ætate hominibus; olei gr.iii. ſenibus.

Nec inter poſtrema Epilepſiæ lynterea habendum illud eſt, quod à quibuſdam Sabæis vſurpatum Stecheomantia tradit.

℞. *Radicis ſolani aquarum,*
Halicacabi,
Seminis peoniæ, luna decreſcente collectæ an. ℥*iis.*
Caſtorei recentis ℥*i.*
Specier. diamoſch. dulc. ℥*is.*
Mellis virginei ℥*ii.*
Mellis Anacardini ℥*s.*

Horum ſtillæ è balneo optime excipiantur, quibus poſt addatur

Margaritarum præp. ℥*s.*
Scobis cornu monocerotis gr.iiii.
Olei chalcantini ſimplicis, gut.v.
Olei aniſi grana 9.

Miſce. Huius liquoris ℥i. ipſa paroxiſmi dimicatione Epileptico inſeratur, & poſt dies nouem cõtinuos repetatur tũc horribilis morbi comitialis malum omnino auerrũcabitur, quã-

uis robuſtum viginti annos in conflictatu debacchatum fuiſſet.

Poſſunt plura Epilepſiæ ἀποτροπαῖα ab eo inueniri, cui ſunt cognitæ (vt certe vnicuique perfecto Doctori Medico debent eſſe cognitæ) artes Aſtronomiæ, inter quas numeratur Magia Teurgica, Cabala Ægyptiaca, Necromantica, Orientalis, Characteriſtica impreſſio, Sophia cœleſtis & aliæ non adferendæ.

FINIS.





HALOPYRGICE,

Siue

CHEMICA MEDICA PESTIS EPIDEMIÆ CVRATIO

D. Georgij Phedronis Medici celebris.



VM pestis causæ & signa, dictante quotidiana experiẽtia, arteq; Protopyrica docente, vno quasi illapsu in corpora inuehantur, vt ob celerem citamque etiam enecandi suam qualitatem vix distinguãtur, hoc loco citra aliorum morborum receptam curandi methodum enitendum venit plurimum, vt omne studium, diligentia, labor omnis à prudenti Medico eo dirigatur, quo modo accedens blandeque serpens venenum, quamprimum ægrum occupauerit, extemplo à principalioribus membris exturbetur per singularia Alexipharmaca,

qualia aduersus abominandam hanc luē Charontica orientalis, Characteristica impressio, Medicina perfecta, Sophia cœlestis, aliæque Mathematices artes exhibent. Et ne in pestis cura diuinæ scientiæ contrarius sim, quæ Naturæ vi per Astronomicas artes nobis impertita est, breuibus, quantum pro tempore licuerit, expendam, prædictarum artium singula quidnam aduersus hunc morbum moliatur. Et primo Charontica Orientalis testatur, à Tharsis, Alexandrinis, & hoc sæculo constare, insequentem purgationem, in accessione & principio veneni insumptam, necessitatis tempore nunquam fefellisse, vt quæ etiam in præsenti in Pharmacopoliis pro prophylactico adparari secundum hoc meum propositum possit.

℞. *Euphorbii ℥i.*
Myrrhæ electæ,
Thuris masculi an. ʒii.
Tragacanthæ ℥s.

Simul in crudum panem atrum includito, & more aliorum in fornace coqui sinito, coctæ materiæ vbi refrixerit, addito

Corall. rubeorum,
Carabes citrinæ pellucidæ an. ʒs.
Cornu Monocerotis gr. i.
Opii thebaici, ℈s.
Moschi optimi, gr, iii.
Croci orientalis ℈s.

Fiat

Fiat maſſa catapotiorum cum infuſione vini ſublimati in ſpeciebus diambræ. Harum pillularum, qui vigeſimum annum attigerit, ℥s. vel ℈ii. deglutiet, iunior ponderis minoris, maioris ſenior. Inſequentes quinq; horas à cibo abſtinendum, dein refecto aliquātiſper ſtomacho ſequenti potioni æger indulgeat

℞. Philonii perſici vel
Theriacæ præſtantiſsimæ ℈i.
Specierum de gemmis ℈s.
Corall. rub. ℥s.
Vini rubri, in quo rudis chalybs ſit reſtinctus ℥ii.
Aquæ prunellæ
Meliſſæ an. ℥s.

Ad hauſtum commiſceantur. Et ſic peſtis, pleuritis, dyſenteria, gulæ ardor, aliiq; lethales morbi radicitus euelluntur, ne ſimile aliquid expullulare amplius poſſit, ſecundum antiquā experientiam Charonticæ Orientalis.

Secundo Characteriſtica impreſſio præ cæteris omnibus medicamentis hoc Electuariū in peſtilenti morbo proponit, cuius ℥i. ſæpius ab ægro, probe contecto, aſſumpta, lethale Venenum miris modis per ſudores & vrinam expellit ita vt ſi à perito pharmacopæo adparetur, laboranti peſte non defutura ſit.

℞. Rhabarb. pontici,
Zedoariæ,

Dictamni Cretici,
Enulæ,
Angelicæ,
Cardopatiæ,
Magistrantiæ,
Valerianæ,
Gentianæ,
Morsus diaboli
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Bistortæ,
Doronici
Aristolochiæ longæ,
Herbæ paridis
Vincetoxici an ℥is.
Foliorum scordii,
Cardui b.
Rutæ,
Saluiæ,
Absinthii,
Herbæ paridis,
Cardiacæ,
Hipoglossi,
Florum Cordialium,
Anthos, an. ℥i.
Baccarum lauri,
Herbæ paridis an. ℥s.
Granorum Iuniperi ℥iii.
Scobis limatarum Nucum vomicarum ℥i.
Seminis Anisi,

Fœni-

Fœniculi,
Coriandri præp.
Ocimi
Citri
Plantaginis
Acetosæ an.ʒs.
Ouorum formicarum sub pinastris viuentium ℥s.
Liquiritiæ rasæ ℥is.
Ligni aloes ʒis.
Opij thebaici ʒii.
Myrrhæ,
Thuris,
Mastiches an.ʒiii.
Zinziberis,
Galangæ,
Cinamomi,
Macis,
Nucis moschatæ
Gariophyllorum an.ʒii.
Piperis longi,
Granor. paradisi an.℈iiii.
Vini veteris rubri odorati ℔ s.
Mellis albi despumati ℔ iis.
Sacchari rosacei ℔ is.
Fiat electuarium.
℞. Huius electuarii,
Syrupi de citro an.℔ i.
Vini ter sublimati ℔ v.

Stẽt in infusione per mẽsem in fimo equino calẽte, deinde per balneũ destillẽtur leui igne.

℞. Illius

℞. Illius electuarii vel huius liquoris ℥i.
Syr. de citro ℥i.
Aceti ℥s.
Aquæ rosarum ℥is.
Ouorum formicarum sub pinastris viuentium ʒs.
Baccarum aridarum herbæ paridis num. iii.
Specierum cordial. è gemmis ℈ii.
Cornu monocerotis, siue cerui prima generatione depositi gr. iii.
Fol. auri numero i.
Croci gr. iii.
Camphoræ gr. i.
Misce ad potionem.

Linteamina vero, expulso veneno, aut comburentur, aut vna cum excreta vrina in fluentem proiiciantur. Et cum quoties Electuariū hoc pro ratione facultatis purgantis administratum fuerit, quomodocunq; pestis accessio orta sit, decumbens ope non destituetur, contempta venæ periculosa sectione, aliisque modernorum Medicorum spretis processibus.

Tertio administrat nobis Medicina perfecta, ad pestilens malum depellēdum expellendumque, magnæ virtutis & encomii Balsamū, à Chymiæ experto tali forma parandum.

℞. Sulphuris flaui ℥x.
Myrrhæ,
Thuris an ʒvi.
Aloes, ex aqua prunellæ nouies lotæ ℥i.

Vitrioli

Vitrioli Romani,
Salis præparati, an. ℥iiis.

Probe miſceantur & ſublimetur ſulphur, ſublimatumque rurſus cum nouis ſpecieb. miſtum ſublimetur, id ſi tertio iteratū fuerit apparet balſamum generoſiſſimum.

Huius balſami ℥s.
Myrrhæ,
Thuris an ℈s.
Croci Viennenſis gr. iii.
Syr. de citro ℥i.
Aquæ Meliſſæ ℥ii. Miſce.

Quotidie hæc potio vſurpata præſeruat & curat ſine vllo alio medicamento, præcipuas peſtis filias, deſperatam pleuritidem, omnis generis tuſſes & putredines humani corporis plus, quam credi poſſit, depellens. Sed ſi cœleſtis anima & ignea potẽtia ex hoc balſamo extrahatur, omniũ nobiliſſima & præſtantiſſima tam ad interna quam externa mala tollẽda virtus & potentia elicietur, à Medico ſumme exoptanda, reducitur enim Myſterium in aliud quoddam præclarius & auguſtius Medicamentum, cuiuſcunque ſortis hominibus ſummum theſaurum, quam nunc proloqui mihi liceat, tanta huius ſæculi bile & liuore, tanto auaritiæ ſuperbiæque faſtu dominante.

Vltimo ex Sophia cœleſti demanat ad nos Cœleſtis Theriaca potens, quodcunque venenum

num

num è centro humani ſubiecti euocare, Chymicus ſic præparabit.

℞. *partis cuiuſdam corporis rei hominis minutim conciſæ*

Ol. oliuarum antiquiſſ. ac puriſſ. an ℔ is.

Stent in putrefactione fimi equini calentis per menſem, deinde diſtillentur per retortam: poſt huius diſtillati ℔ i.

Mithridatii antiquiſſ. ℥v.

Theriacæ Alexandrinæ ℥vi.

Moſchi odoratiſſ. ʒs.

Ambræ griſeæ ℥i.

Miſceantur & per menſem ſtent in digeſtione fimi equini calentis, dein rurſus deſtillentur per balneum, tum theriaca cœleſtis præparata eſt.

Huius theriacæ liquoris ℥i.

Syr. acetoſi ſimplicis,

Succi citri an. ℥is. Miſce.

Potio hæc ab ægro reiterari tertio debet ſemper poſt quinquehorium, ſique exterius bubo appareret, maturandus & extrahendus erit, iuxta potionem hanc & alia medicamenta, Emplaſtro Olympico, ſiue mirabili noſtro ſtichico.

℞. *Succi radicis herbæ paridis,*

Angelicæ,

Ariſtoloch. rot.

Aſari,

Conſolidæ maioris

Viola-

Violariæ,
Herb. betonicæ,
Prunellæ,
Centaurii minoris,
Perſicariæ,
Chelidonii,
Pyrolæ
Agrimoniæ,
Plantaginis an. ℥i.
Mucilag. ſem. lini,
Fœnugræci,
Altheæ an. ℥iſ.
Ceræ albæ ℔ ſ.
Colophoniæ ℥iis.
Picis,
Reſinæ an. ℥iii.
Ol. oliuæ ℔ iſ.
Therebinthinæ, nouies ex aqua ſolatri lotæ ℥iii.
Opoponacis,
Serapini,
Ammoniaci,
Galbani in aceto roſaceo diſſolutorum an. ℥iſ.
Carabes citrinæ,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Thuris,
Aloes, nouies ex aqua roſ. lotæ an. ℥i.
Styracis,
Sper. ceti
Terræſigill. an. ℥ii.

Rhabarb.
Rhapontici,
Calami aromatici,
Zinziberis,
Glandium quercus an. ʒs.
Speculorum pauonum,
Corij serpentum an. ʒiis.
Antimonij ʒs.
Corall. rubeorum,
Alborum, an. ʒi.
Lythargirij ℔ s.
Lapidis calaminaris ʒiis.
Hæmatitis ʒis.
Magnetis ʒiii.
Camphoræ ʒs.
Ol. Hyperici,
Camomillæ,
Anethini,
Laurini,
gr. Iuniperi,
Ouorum,
Lumbricorum an. ʒi.
De spica ʒi.
Medullæ ceruinæ,
Axungiæ caponum
Tithymali,
Humanæ an. ʒis.

Coquantur secundum artem in formam Emplastri.

Sic quatuor hæ Mathematices artes probe pesti-

pestilentes morbos curare nos docent, nec è simplicioribus nobilius aliquid ab Astronomica experientia denotatur, quam Lapis Magicus seu Philosophicus, antimonii reuerberati anima, liquor Ophirizi Diaphoreticus, oleum margaritarum, tinctura gemmarum, quæ sola, summaque & vnica Magnalia censenda.





CHIRVRGIA MINOR GEORGII PHÆDRONIS, MEDICI celebris.



CVM hac nostra tempestate è manu Medicorum Chirurgia ad Barbitonsores, balneatoresque, quatuor capitalium partium rei Medicæ, Philosophiæ, Medicinæ, Chymiæ & Mathematices, inexpertes deuenerit, amore erga proximum motus, post longam meam cognitionem & experientiam, leuiorem, tutioremque in his præmonstrabo viam, citra periculum omnibus Chirurgiæ studiosis commodam, consciētiæ meæ neutiquam aduersantem. Proin breuibus & perspicue omnium malorum patulorum, vlcerumque & exulceratorum morborum cognitionem, tum etiam qua physicam, qua spiritualem ea medendi methodum præscribam, quo tāto notabili damno proscripto,

quod

quod quotidie in miserorum decumbentium numerũ grassatur, vniuersæ Christianæ Reip. status & incolumitas, præcipue Illustrissimi Principatus Bauarici promoueatur, in quo, dum adhuc artibus & experientiæ operam nauarem, honorem, non exiguum, & singularem animi propensionem à quibusuis, cuiuscunq; dignitatis hominibus promerueram.

Proponitur in Protopyrica nostra Medicina, vt & in quotidiano experimento, triplex genus patulorum & hiantium malorum, eorumque physica curatio.

Primum est, quod semper calorificum, rubicundum, ac neruosis meatibus obsitum reperitur: hoc VINCETOXICO curatur.

Alterum solum exurens, ingentesq; dolores excitans, absque rubore & ductibus neruosis, illud CENTAVREVM MINVS tollit.

Vltimum, quod iuxta perpetuũ tumorem indesinẽter fluidum existit, cui medemur herba PYROLA in hunc modum: huius herbæ Mv. vel radicis ℥iii. in sesquimensurã clari & veteris vini, vel puræ fontanæ, in cantharum bene purgatum proiicias, & rimis superius luto è farina confecto probe perlutatis, in aquã feruentem ponas, ad mediam vel integrã horam, pro occasione, bulliant ad mediæ partis consumptionem. Aquæ huius ℥iii. cum ℥i. Sacchari cannarii in aqua cinamomi dissoluti ægro propinandæ, secundum indicia morbi, vt

apud vulneratos mos inualuit. Vbicunque in corporis regione malum consistat, sanitatem auspicabitur ab interiori termino: & si prædicta hæc interna facultas operabitur, exterius vino, in quo herba cocta, vulnus lauandū, vel Emplastrum è Pyrolæ puluere applicandum: poterit vero omitti & puluis & Emplastrum, vt vna & simili cura assequatur vulnus sanitatem.

At in morbo Gallico, si eadem ratione applicetur, inter herbas nulla præstantior est HYPOGLOSSO, quæ omnem illinendi, fumigandi, lauandique rationem longe antecellit, efficitque ne vllus ægrorum ob detrimentum illatum curatori aut Medico maledicat.

Et cum tria hæc genera ratione signorum commixtorum difficile distinguantur: poterimus tuto ad primi decocti præparationem nos conferre.

Vincetoxici ℥iii.
Centaurii minoris,
Pyrolæ
Hypoglossi, singular. Mii.

Coquantur more nostro. Similiter Chirurgus quotidianos labores euitabit, consuletque subitaneæ necessitati, si ægris tale vinum adparauerit:

Hyperici,

Veroni-

Veronicæ,
Plantaginis vtriusque
Betonicæ,
Eupatorij,
Prunellæ,
Vincæ peruincæ, singul. Mi.
Pyrolæ syluaticæ
Centaurij minoris, vniuscuiusque Mxvi.
Rad. Vincetox. sesquilibram.
Diapensiæ candidæ, id est saniculæ albæ
Aristoloch. rot.
Ciclaminis, ana ℥is.

Has herbas & radices Vindemiarum tempore in recentis Musti sesqui Omam ponito, & ad menses tres sinito deferuescere, dein, reiectis veteribus & vino separato, herbas nouas iniicito, odorisque conciliandi gratia immittito:

Zinziberis
Calam aromat.
Gariophill. singulor. ℥i.
Cinamomi,
Macis,
N. Moschatæ an. ℥s.

Sacculo inclusa in vas dependeant. Vnde hunc Medicum Potum exterius ad lauanda, ab interius vero conglutinanda vulnera vlceraque semper in parato habemus, vacabitque Chirurgus omni ægrotorum querela, quod

ob immaturam præparationem cura differatur.

Quod si vero Chirurgus felicioris curę gratia paulo profundius labores impenderit, arte industriaque Chemica præstantissimi vsus essentiam de IMPERATORIA, quæ miris modis in sanandis huiusmodi malis pollet, hac ratione extrahet: Imperatoria bene purgata contundatur cum bona quantitate panis albissimi, tunc vesicæ suillæ indita probeque conclusa in fimum equinum alte abscondantur, septimo semper die inspecta, donec in purpureum mulsum euaserint, hæc sub torculari, vt in musto exprimendo mos est, exprimantur, reliquiæ digerantur iterum, donec radices & panes bene & sufficienter expressi sint. Viscosus vero liquor in cucurbitam B. M. 10. diebus macerandus ponitur, & vltimo in cineribus destilletur, oleum vna cũ aqua rostrum transcendet. Quæ si in B.M. lento igne separãda assumuntur, phlegma destillat remanente in fundo essentia Imperatoriæ, olei & liquoris instar. Cuius ℥s. cum ℈i. salis, & ℥iii. generosi & fortis vini, succi plantaginis, aliaque vulneraria aqua aut decocto mane & vesperi assumpta, prout occasio videtur & necessitas morbi expostulat, plus enim sanat & conglutinat omnis generis inueterata & recẽtia mala radicitus, quam integro volumine cõscribi possit, purgatione, sudore, vrinis, aluo, sangui-

ſanguinis profluuio, & inſenſili transſpiratione.

Nec minori facultate ſingulare arcanum LAPIDVS GAMMARIDVM (Krebsſtein) præferendum, quod Vulcani ope in quotidianos vſus ſic efficies: Cancrorum lapides in pollinem redacti, calcinatique cum vini eſſentia in B.M. menſem poſiti, decimam ſextam forti igne deſtillationem ſubeant, demum in M. B. vini eſſentia ſexto ab oleo ſeparanda & infundenda iterum. Scrupulum olei huius cum dragma Theriacæ, aut ſtillatitii liquoris Fumiterræ, mane & veſperi pro ratione morbi, propines, qui omne inimicum naturæ expellit per patula ora vulneris, ſeu fluore, ſeu expulſu ſanguineo, ſeu alio forte effectu, donec integra morbi permutatio, & præſentes potionis vires appareant, vulnuſque ſiccum citra fluxum cõglutinetur.

Eſt & nobilius Medicamentum, MYSTERII TARTARI ESSENTIA, à priſcis Philoſophis Ignis adeptus, ſeu Aqua Phlegetontica nominata, quod Chymiæ ſtudioſus hac forma adparabit: Fœcum Vini, hoc eſt Tartari, in reuerberio calcinati ℔3. vino deſtillato acerrimo irrorentur, ſeptem diebus putreſcant in Balneo deſtillent inſtar Aquæ fortis vaſe terreo, vltimo forti igne, tranſcendet liquor niger vna cum vino, in B. ſeparandus relictæ vero fæces in reuerberio 24. horis denuo calci-

nentur, & irrorentur iterum, vt ſupra, vino deſtillato, repeteſque hunc laborem toties, quo omnis Tartari ſubſtantia conſumpta reperiatur. Dein omnes ſumme rectificatos liquores inſolabis ad exſiccationem, humefacies oleo chalcanti vel vitrioli ſpiritum, vt prius in calcinato Tartaro, iterum ſeparando. Granum Medicinæ huius cum media dragma Mithridatii in ſeſquiuncia aquæ Cichorii ſtalacticæ, ratione ægri, ſæpius ebibitum, ſcatebram mali extinguet, ne vlla cicatricis macula, ob materiam impuram relicta, conſpiciatur.

Hoc loco perpaucis vera ratio indicari poſſet, qua ſummam Medicinam Vulcaniæ Metamorphoſis, & colorationem fixarum gemmarum ope & viribus olei Thionis plurimi aſſequerentur, ſed propter ignis Philoſophici vel aquæ Infernalis immenſa arcana non confirmanda eſt ſæculi huius pigritia, auaritiaque & vanus honor.

Vltimo occurrunt præſtantiſſima Medicinæ vniuerſalia, vt LIQVOR OPHIRIZI DIAPHORETICVS, hoc eſt oleum Solis ſolubile, necnon CORALLIORVM RVBRORVM TINCTVRA, quæ non aliter vniuerſum corpus permeant, & mala omnia hiantia & exulcerata ſummæ & veteri ſanitati reſtituunt, vt in cœleſti noſtra Medicina ſufficienter patet.

Hactenus de curationibus physicis egimus, sequetur nunc cœlestis, quæ in Specificam & Characteristicam diuidenda.

Specifica talis est quæ in vegetabilibus mirabiles effectus exhibet, per Firmamenti cœlestem vim, forti impressione corpori nostro amicam, citra omnem præparationem, separationem, auctionemque, verum à DEO terrenis illis corporibus, mediante astrorum vi, instillatam: proin exhiberi illa conuenit, vt vt nude repræsentantur. Miram cœli influentia qualitatem posuit in HYDROPIPER, quod, si viride per fluentem aquam traducatur, imponaturque tamdiu vulneri patulo, donec ouum comedi solet, post silicum fotu vaporatum pingui terræ demandetur, idque diebus v. x. xv. expediatur, non aliter, quam herbæ illæ successiuæ putrescunt, malum sanescit hoc temporis spatio, vt impedimenti nihil amplius relinquatur. Quamuis sepultis iam herbis malum ab omni illuuie semper expurgandum sit: possunt etiam celerioris sanitatis causa vel externe vel interne alia medicamenta, de quibus dictum, administrari.

Sic per similem Magneticam operationem fungitur officio suo SOLIDAGO MINOR, seu DRACVNCVLVS, ne non glutinentur & coeant, quæ Natura patere vult,

vult, vt à multis temere tibiarum pedumq; vlcera non ſine magno periculo claudi tentantur qui timido refugio perpulſi inſtructionem à tribus his plantulis, agros & arua permeantes, petere coguntur. Verum ſi herbæ ſiccæ eſſent, immacerari debẽt in propria aqua, ac dein modo, quo dictum, applicari.

Hanc mirabilem firmamenti potentiam DEVS TER OPT. MAX. in aliis etiam deſperatis morbis nobis ob oculos poſuit, vt in HYPERICONE patet, quod ſecundum ſui conſtellationem collectum, & quibuſuis mogdis vſurpatum, maximum inter herbas myſterium eſt ad pellenda ſpectra, laruas & inſanam Melancholiam, quibus ſæpe homines phreneſim, delirium & deſperationem incurrunt: inter gemmas CORALLI RVBENTES ſplendidi: in animalibus IVVENVM LVCIORVM SANGVIS.

Similiter in venenis nobiliſſimum Medicamentum in herbis cenſendum SIDERICVM, cuius radix vitro aqua vel vino pleno immiſſa, in quo vllum venenum abſconditum, frangit illud in fruſta; vas vero ſi ſtanneum vel argenteum ſit, omnis aqua vel vinum ferueſcens aſcendit & effluit, vt nihil intus remaneat: inter metalla ARGENTEI NVMI E MERCVRIO NOSTRO CONFECTI fundo patellæ vel canthari infixi: inter animalia VNICORNV VERVM, duplici nigro taffeto probatum.

Inſu-

Insuper astralem suam dynamin in sanandis patentibus malis exerit etiam SYMPHITVM MAIVS, quod viride per aquam traductum, & vulneri impositum donec putrescat, reiectis semper putrefactis, & appositis recentibus integre curat.

Non aliter collaudanda ALTHEA & MERCVRIALIS, quibus nihil optabilius nec ab ægro nec à Medico in votis haberi potest, vt sæpius ego precedente anno Ratisponæ experimento comprobaui in desperatis & proclamatis egris. Quamuis id etiam addendum, quod semper statim post symphiti putrefactionem, eiusdem herbæ salem extractum in proprio suo stillatitio liquore dissoluerim, & ab illuuie malum eo purgauerim, nec non si idipsum Symphiti oleũ illinendo adhibuerim, recens folium per aquã gelidam traductum vulneri imposuerim, procedendo vt supra. Exhibui etiam, vt vt necessitas exigebat, herbæ huius essentiam, per circulationem pellicanam separatam, scrupuli pondere in veteri vino forti.

His physicarum, rerumque cœlestium viribus coniunctis, non vnquam vllum, quantum inueteratum & obstinax malum patulum, conatus meos elusit, presertim si Hydropipere vsus fuerim.

Quare Magnalia hæc, cœlesti astralique influentia ditata, neutiquam contemnet Chirurgus. Vt CHAMELEO NIGER, operantis influen-

influentiæ tempore collectus, alteri ſanitatem, robur, vigoremque naturalem auferens, dat Nymphidica ratione illi, quē ſui reſpicit ſplendor, & è contra: quod magnorum Dominorū ſterilium ſtemma in aliam lineam traducendi vltimum eſt refugium.

Tacebo Schmaragdum Magneticum, tacebo Electrinam pyralidem, quibus ſimilia miranda à nullis Stœchomantium artium peritis non vnquam ſcripta aut publicata ſunt, quod ſyderum hunc meum influxum & conſtellationem non attigerint, ſiquidem omnia prædeſtinato tempore oriuntur pereuntque.

Characteriſtica vero cura eſt, quæ verbis prolatis, ſcriptis aut ſculptis naturalem ſuam potentiam exercet, per ſiderum cœleſtem qualitatem variaſque influentias, corporibus noſtris affines, vt & quæ numeris, figuris Geometricis, aliiſque digitorum indicationibus conſtet. Sed propoſiti mei partem hanc vltimā ob ingrati ſæculi huius ſingularem contemptum & ſiniſtrum temerariumque iudicium prætermittam, ne maxima DEI hæc beneficia, percurandi vlcera vulneraque qualiacunque, per conſtellata verba, in quæ artis ratione influentia impreſſa ſit, proſtituam. Hoc ſolum expertus loquar, verba ſeptem laminæ aureæ imprimi & actu efficere, quod æger & Medicus votis appetunt, & multa alia verba conſtellata à vulneratis agri vnius

longin-

longinquitate audita, sine omni medicamento, percurare, & hac ratione modo absentem ægrum Medicus internoscat, poterit ad centesimum milliare germanicum Cura institui. Insuper in tali Cura maiora miraculosioraque delitescunt abscondita Mysteria Primorum Patrum & antiquorum Prophetarum, quam fas sit profari, licet consummatus quiuis Medicus Naturalia hæc arcana, similiaque callere opus habeat. Nam quid magis necessitatis tempore, citra conscientiæ suæ damnum, Medicum commendet & euehat, quam quod possit suffocationis momento, quinque verborum simplici prolatione opem ferre? ossaque vel aristam gutturi hærentem eidem absque dolore, extrahere? hic facessant Pharmacopolia itineraria, curuaque Barbitonsorum instrumenta, in tali subito casu parum efficientia, cum fere semper instrumentorum vsum deteriora sequantur, raroque inde æger leuetur, si non extemplo magna probataque arcana præsto sint. Militi omni spe & auxilio destituto quid amœnius accidit, quomodocunque infelici siderum influentium hora contigerit malum, quam si constellatorum verborũ aliquot ope quoduis hamatum telum, carni infixum, duobus digitis eo, quo penetrauit, eruere possit? hic non opus cauteriis, pyrotiriisque, parandæ capacitati dicatis, libere telum educendum

nec

nec hic sectione vel carnificina potius indigemus, non retorquendum, non in frusta dissecandum telum. Quid magis proficiscentem recreet, quam si vesicæ canali violenter impactam plumbea glandem, citra vim maiorẽ paucis impositis verbis, queat eximere? cessat hic Tyrannica Chirurgorum manualis inuestigatio per instrumenta, circa quam ægrorũ multi aut deliquiis corripiuntur, aut prorsus vltimũ diẽ agunt. Quid in hæmorrhagiis, vel glutino - so humore Synouia dicto in quis tota Terrę virtus deficit, sistendis nobilius haberi posset, q̃ si prudens Medicus verbulo vnico, à collo gestato, citra dãnum præterq; omnium aliorũ medicamentorum facultates, illum cohibeat? Sic omnium desperati deploratique tales morbi curatione characteristica per cœlestẽ & sidereã influentem vim sanitate donantur, quæ ars ob inscitiam alias & contemptum ineptorum aliquot medicorum in tenebris sepulta manet, maluntque blasphemi Alastores honorem potius DEO detrahere in summis & miraculosis characteristicæ curæ operationibus, & illas malo intento ascribere, quam soli effectrici causæ DEO. Quapropter impudentia talium motus commotusque Characteristicam omittã, nec mentionem faciam amplius primę Adami priscæ Philosophiæ à Rhazielis Semhamaphore contractæ, per quam licet omnia, quæ conceperit mente homo cupitque, diuinitus assequatur.

quatur. Nam quicunque verus & gnesius veritatis amator propugnatorque est, illa ipsa Megalea & arcana Ingolstadii apud me offendet, quæ ego sæpius in præsentia Doctorum & fide dignorum Virorum experimento comprobaui, cupioque hæc & alia mea scripta omnibus mihi bene cupientibus, per corporis, honoris, & bonorum amissionem, comprobari.

Et hæc de physica cœlestique omnium malorum tam vlcerum quam vulnerum cura, è centro auspicanda, dixisse sufficiat, obsecrans Chirurgos, qui veram ingrediuntur viam, fidelem meam hanc operam, ad promotionem honoris DEI & proximi commodum, bene consulant, interpretenturque, donec maiora clarioraque in lucem parturiam.





GEORGII PHÆDRONIS

FVRNVS CHYMICVS IN QVO ARCANORVM PRÆCIPVORUM compoſitiones denotantur.



VRVM ex ſua metallica natura & malleatione per ſalis aquam confringitur. Hæc autẽ aqua citra additionem fit per ſanguineam deſtillatam. Eſt verum naturale ſal, quo in cibis vtimur quotidie. Ea ſalis aqua ab auro per aquam dulcem, quæ eſt pluuialis, abluitur. Eadem etiam ad ſummum gradum vſque deſtillatur, deinde color auri detrahitur à corpore per Spiritum vini. Hic ex ſolo vino citra vllam additionẽ perficitur. Spiritus vini iterum abſque vllo additamento ex vino paratur. Is rurſus ab auro abſtrahi-

ſtrahitur, atque tunc aurum citra vllam adie-ctionem gradatur in ſuam volatilitatem ſic vt in liquorem redigi poſſit. In eum modum conficitur etiam liquor coralliorum, margarit. & aliorum, etiam argenti.

Atque ita nihil aliud ad eiuſmodi medicinas additur niſi ſal, vinum & aqua; non autem valens aqua, vt quidam Chymiſtæ & Artiſtæ parant.

ESSENTIA VINI ET HERBArum vnde & aquæ Vitæ fiunt.

Vini rubri potentiſſimi vel Hiſpanici aut traminæi ℔ 8. amplo pellicano ſiue circulatorio infuſas macera in fimo equino calente, per menſes duos, aut in balneo Mariæ per 30. dies. Tunc oleoſus quidam liquor ſubſtrato phlegmate innatabit, quem molliſſimo igne in phiola frigidiuſcule tamdiu ſepara, donec tenuis ac pura illa pinguedo vel Spiritus Vini vegetabilis à ſummo alembici demanare ceſſauerit, eumque poſtea rurſus digere in B. Mariæ per 30. dies. Tunc è libra vna vini emergit eſſentiæ ℈i. Verum ad vitam producendam elixit. Inde aquas aureas, aquas ardentes, ſiue Aquas vitæ nuncupatas conficere licet, ſi plantas & aromata permixta cum ſpiritu vini ad philoſophicum tempus macerentur, vt

Melitenæ,
Chelidonium

Elleborus,
Rorismarinus, vna cum
Guriophillis,
Zinzibere,
Cinamomo,
Nucibus Myristicis atque alijs similibus.

At si eodem modo in elicienda essentia egeris è ℔ hydropiperis consequare binos essentiæ scrupulos.

Alia est ratio compendiosior destillandi per balneum Mariæ & aquam frigidam per alembicum, cuius recipiens duplex habet rostrum.

LIQVOR OPHIRIZI.

Liquor Ophirizi inter cætera arcana vniuersalis medicina tam potens est, vt corpus humanum integrum tueatur, vitiatum pristinæ sanitati restituat. Is sic fit: Ophirizi per regale cementum, siue antimonium, finali lamellas in viridi salis liquore dissolue in puluerem, quem deinceps tantisper aqua cœlesti stillatitia elue, donec nulla salsilago percipitur; aut si celerius expedire velis Ophirizi lamellas vna cum plumbi lamellis obtectas per horas 24. cementa, & postea seiunge, tunc calx auri parata est. Deinde super elotum puluerem, siue purgatam calcem funde Spiritum Vini, vt sex digitos transuersos superemineat, ac iuncturis bene oblitis macera simul in balneo Mariæ per dies 20. aut 30. tum effunde liquorem litrinum,

num, relicto in fundo puluere candidiſſimo, & Spiritum Vini ſubtiliſſime in balneo à flauo Ophirizi liquore ſepara.

Poſtremo extractum auri colorem rurſum quinquies per rotortulam age, tunc quinta eſſentia Solis, ſiue aurum potabile optimũ perfectum eſt, cuius gr.iii. dantur in aqua dracuntii. Hic liquor Ophirizi Spiritum vitæ quaſi mortuum reficit, humidum primigenium auget, & omne corpus ita roborat, vt eo nihil laudabilius, nihil maius dici queat. Hic inquam liquor poros reſerat, omnes corporis partes celeriter penetrat, ſanguinem vitiatum emendat, humores ſuperuacuos abſumit, & facultates omnes earumque functiones confirmat vniuerſas; huius denique Ophirizi beneficio, vt ſigillatim rem perſequar, depellitur quæuis intemperies, obſtructio, phlegmone, tumor, putredo, abſceſſus, febris, peſtis, deliriũ, morbus comitialis, apoplexia, cuiuſque membri paralyſis, defluxiones capitis, aſthma, tabes, pleuritis, cordis palpitatio, cholera ventriculi, iecoris corruptio, Lyenis, ſcyrhus, orquatus, malus habitus, hydrops, colicus iliacuſque dolor, quiuis alui fluor, lumbrici, hæmorhoes, renũ & veſicæ calculus, gonorhea virulenta, diabetes, Iſchuria, Ramex, hyſtericorum ſymtomatum concurſus, vt menſium ſuppreſſio aut immoderata purgatio & albicãs fluor vterinus, itemq; ſtrangulatus vteri prolapſuſque,

 dolor,

dolor, ſterilitas, arthritidis ſpecies, vt Chiragra, gonagra, Iſchias, Elephantia, Lues venerea, virulentarum beſtiarum ictus, anthrax, cancer, variæ, Eryſipelas, herpes exedens gangræna, fiſtulæ, vlcus nomodes ſiue depaſcens & catoche. Atque vt ſummatim dicam, liquor Ophirizi interiores corporis morbos, externoſque omnes, quibus ob extremam malignitatem alia ratione ſubueniri non poteſt, euellit radicitus, niſi fatalis neceſſitas, Deo ita annuēte, repugnet.

OLEVM MARGARITARVM.

℞. Margaritarum præpt. ℥ i. Aceti deſtillatitii bene purgati ℔ s (loco aceti poſſit Spiritus Vini ſubſtitui) Spiritus Vini quartarium vnum. Macera in circulatorio per menſem, tunc margaritæ in ponderoſum quendam ſuccum reſoluuntur, à quo effunde reliquum liquorem. Tota autem maſſa hæc reſoluta poteſt ſeparari per alembicum, eodem artificio, quo & aurum. Doſis olei magaritarum g. vi. quod corpus ſanum in eodem vigore conſeruat, læſum priſtinæ ſanitati reſtituit. Hoc nihil excellentius, nihil præſtabilius eſt in phreniti-de, in paralyſi cuiuſcunque partis, in ſpaſmo, marcore ſenili, in emendando & augendo lacte fœminarum, in corrigendis vitiis genitalis ſeminis, in apoſtematis vt panaricio, & vlceribus exedētibus, vt canaro, & hæmorhoidibus.

TIN-

TINCTVRA CORALLIORVM.

Super Corallia rubea, in minutissimum pulverem redacta, Vini Spiritum fundito ita vt corallia ad transuersæ manus latitudinem Vini Spiritu contegantur ac ampulla optime clausa, in fimo equino calente per mensem macerari sinito. (Nota sexies & decies ex ampulla in receptaculum impellendum; compendiosius vero parari poterit, si quater id tantum fiat, nempe si, postquam semel impulsum fuerit, diebus octo rursus maceretur in fimo equino, sic vt in vno mense quater maceretur, & quater in aperto igne impellatur.) deinde in aperto igne decies & sexies ex ampulla summa arte in receptaculum subiectum impellito. Postremo Vini Spiritum per balneum secernito, sexies infusa super tincturam vel sedimentum prolecto spiritu, tunc oleum corallinum rubicundissimum & clarissimum in ampullæ fundo subsidebit. Huius dosis est scrupulus, in aqua Cichorii, decocto camedryos, aut vino bono. Hæc inquam anima, hic vnio corallorum, summum præ cæteris Medicæ artis Mysterium, ac reconditissimus noster thesaurus est, quo omnes interiarum partium affectus, & externi euelluntur radicitus, & cœlesti quadam corpus intemperatum constitutioni & absolutæ exquisitæque symmetriæ restituitur.

Sic enim quinta coralliorum essentia omnē Epilepsiam quinque hebdomadum spatio tollit omnino à pueris & constantis ætatis hominibus; sic omnem diarrheam siue alui profluuium, à quacunque causa natum cohibet tam in pueris quā adultis, etiamsi ad extrema peruenerit res vniuersa; sic sanguinem à quacunque corporis parte manantem coercet, quouis modo adhibita; sic denique fluores vterinus quoscunque sistit, & probam Naturæ temperationem reducit, ne quid mali recidui in reliquis corporis partibus vnquam consequatur, vt ex aliis medicamentis omnibus euenire solet.

Vt autem Corallia in oleum rediguntur, sic & gēmæ, scilicet schmaragdus, Rubinus, Hyacinthus, Lapides Granatorum, Lycii, Cyanei, &c.

ESSENTIA STYMMEOS.

Per magna stymmeos copia est in propriis Germaniæ venis Fichtelbergi & ad Planā Bohemiæ oppidum. In senensi agro Italiæ ad Massam suana oppositum. Optimum stymmi reperitur in Charinthia & comitatu Tyrol, vbi sunt fodinæ aureæ. Fuluum colore præstat, secundum est subcroceum, tertium est nigellū.

Hoc inter cæteros aquæ fructus primū tantas vires habet, quantas vix vllus mortalium sermone explicare possit. Huius inquam efficacitas insita à prima rerū origine ac creatione

vſque ad hoc tempus in violata manſit perpetuo, neque diluuio etiam exacto, quidquam de natiua poteſtate deceſſit vnquam, quod ſe ſead cœli ætthereum quaſi nutum accommodauerit, atque eiuſmodi influentię mancipium fuerit. Inde nobiliſſimum ſubiectum noſtrum in ſuam primam materiam redigitur, vt vndique fulgeat ignis inſtar ętherei. Vniuſcuiuſq; morbi materiam abſumit penitus, atq; corpus impurum ita transformat, vt ad ſummam perfectamque eius ſanitatem nihil omnino deeſſe videatur.

MODVS CONFICIENDI talis eſto.

Si ſtybium optime pulueriſatum per menſem in clauſo poriphorio reuerberatur, continenti expiratione erumpit flos volabilis, qui primum album colorem obtinet, huc deinde flauus citrinuſque ſuccedit, qui poſtremo è rubro in purpureum colorem faceſſit. Horum rubicundiſſimorum ac leuiſſimorum è ſtybio florum ℥ii. Spiritus vini correcti quart. iii. in circulari pellicano macerentur per dies 12. & ſeparentur per balneum. Tunc eſſentia Antimonii, inſtauratrix & renouatrix omnium virium humani corporis fundo ſubſternitur, cuius doſis eſt gr. iii. in aqua Meliſſæ, Chelidonii, aut vino generoſiſſimo.

Hæc fœdiſſimam Mundi plagam, Elephantiam, aliaq; inſanabilia mala ſenſim ſine ſenſu

expurgat exquisitissime. Huius inquam beneficio quidquid è corpore tollendum est, prҿter omnium reliquorum mysteriorum modum, tollitur funditus, vt ad perfectam omnibusq; numeris absolutam sanitatem microcosmi nihil prorsus requiri possit.

ARCANVM QVINTÆ ESsentiæ.

Sulphuris ℥s. sumito, Spiritus Vini ℥xx. circulato ad solem per mensem, postea per alembicum agito. Hui. mixturæ ita compositҿ rursum addito Sulphuris ℥s. optime clausa macerato, & deinceps, vt ante, per alembicum pellito; sic ℥ii. ad summum gradum volatilitatis euehi possunt. In his autem floribus existit Mumia terræ, & balsamum eiusmodi, quod nec viuum corpus vllum nec mortuum in putrilaginem commigrare sinit, sed id adeo tuetur integrum, vt neque cœlestis vlla impressio, neq; ab elementis profecta corruptio, vel ab ipso iam ortu inducta, ei nocere possit. Atq; hac de causa cæteras philosophorum tincturas superat Balsamum sulphuris. Dosis eius est gr. v. è. vino veteri albo. At si excellentius efficere velis, florum alborum Sulphuris sumito gr. i. flymmeos ℥i. Olei auri ℥s. Spiritus Vini ℥v. Macerato per mensem, & congelato in massam duriusculam, cuius dosis est ℨs.

DVLCIS MERCVRIVS.

Argentum viuum inter metalla summum, pecu-

peculiari quadam & admiranda natura prædi-tum eſt, quod cæterorum omnium vim con-tineat. Hoc medetur vlceribus, gallicis, & a-liis in vniuerſum omnibus, idque poteſtate ſua purgatione facit radicitus; hoc renouat cor-pus humanum, & ab omnibus recrementis li-berat, vt æquiualentius maiuſque noſtrũ my-ſterium vix iam poſſit, quod hoc modo adpa-ratur. Mercurius primum congelatur per cō-munem aquam aluminis, congelatuſque teri-tur in mundiſſimum puluerem; deinde à Mer-curio aqua albuminis ouorum, quæ à media portione calcis ſuæ prolecta ſit, tantiſper ab-ſtrahatur, donec is corallium acquirat colo-rem. Doſis eius eſt gr. iii. cum theriaca. A-qua albuminis Ouorum hoc modo fit: albu-mina deſtillentur deinde cortices ouorum calcinentur: calcinatis aqua albuminum ſu-perfunditur, atque ſic eſt aqua ouorum pa-rata.

SPIRITVS CHALCANTHI.

Salis aliud genus, quod Græci Chalcanthũ, Latini atramentum metallicum vocant, pro cuniculorum diuerſitate multiplex eſt. Quædã enim ſpecies candida, quædã ſubuiridis, quędã cœrulea, rubris luteiſque venulis prædita, ac multæ in eis exiſtunt differentiæ. Gignitur in Germania, Saxonia ad Goſſelariam lōge cele-berrima, in Bohemia Cuperbachi. In Vngaria

Smolnici, In Italia ad Senensem agrum Mossano solo: In Cypro Chalchantum vero quo vehementius crudum pellit tineas, aut ferrum in æs transmutat, eo in Medicinæ ac Chymiæ vsu præstantius est. Porro arcanum Chalcanti è triplici materia constat, cuius vniuscuiusque parandi ratio hæc est: Chalcantum igne vehementi nouies exerecta Siboburgica, aut vitrosa cucurbita Waldeburgica agito, & demum potentissime per retortam, quæ in athanor sistenda est quatuor dies ac noctes, pellito, tunc spiritus Chalcanti nobilissimus & efficacissimus paratus est. Deinde Colchotar à rubente phiola simili modo in athanore ad tertium vsque diem flagrantissimo & extremo igne è lignis & carbonibus exstructo destillatur, quo ad in receptaculo è ℔i. Colchotaris ℥vi. olei, coccineo colore præditi, appareant. Postremo è fœcibus relictis extrahatur sal, qui quater aut quinquies resoluatur ac rursum congeletur.

TARTARVS.

Tartari crudi è vino optimo eloti ℔iii. in puluerem redigito, & è vase figlino igne gradatim aucto modum aquæ fortis pellito, tunc liquor clarus & succus subniger emanat, quorum vnumquemque separatim cum quater è vitro cucurbitico per arenam destillauerit, fœcibus semper abiectis, ad extremum in pellicano ad intolerabilem odoris fœditatem tollendam

dam subtili modo corrigito, tũc liquor tartari, in quo singularis quædam existit vis penetrãdi vniuersum corpus, confectus est optime.

Postremo sumito ætherea Vini essentiæ, quæ circulatione fragrantiam adepta est, ℥x. Theriacæ ℥v. Myrhæ rubeæ romanæ ℥iis: Croci Viennensis ℥s. Misce & destilla tunc aqua Theriacæ parata est. Nunc igitur arcanũ Chalcantinum efficiendum, capito

Spiritus Chalcanti quart.i.

Liquoris Tartari quart.iii.

Macerentur iterum ad tempus philosophicum. Dosis eius est ℨi. in vino Traminco aut veteri Alsatico. Diuinum hoc est arcanum & elixir, sensim absque sensu vllo vniuersum corpus ita penetrat, vt nihil quod à prima eius cõstitutione & naturali ἐνκρασίᾳ alienum sit non ignis instar non absumat celerrime, præsertim si alia peculiaria adiuncta fuerint. Idcirco si podagricum curare velis, per integrum mensem potio supradicta mane ac vesperi ei exhibeatur, loca vero dolentia ad finem podagrę inungantur hac mixtura.

℞. Liquoris istius ℥i.

Mumiæ quart.i. Misce.

SALES PHILOSOPHORVM.

℞. Salis Valerianæ,

Cichoreæ,

Chamedrios an. ℥i.

Absinthii, ℥ii.

Vitrioli

Vitrioli ℥i.
Salis communis ℔ i. misce

Vel.

℞. Salis vinætoxici,
Chameleonis nigri,
Chelidonij an. ℥i.
Salis communis ℔ s. misce.

Vel.

℞. Salis Auri,
Stymmeos,
Melittenæ, an. ℥s.
Salis Communis ℔ s. misce.

EXTRACTVM SATYRII.

Radices Satyrii bene purgatæ contundantur, & cum mediocri panis albissimi portione temperentur; deinde in vitro, cum operculo probe oblito, in fimum equinum calentem locatæ macerētur & septima quaque die rursum effossæ tamdiu eximantur, donec in rubicundum quendam cremorem abierint, qui sub prælo validissime ad siccitatem vsq; exprimatur, atque reliquiæ alii pani denuo permixtæ vt ante macerentur, & eadem ratione reiteretur semper, quo ad radices omnes vna cũ pane omnino per prælum excolatæ fuerint. Hic demum cremor in cucurbita solus in balneo Mariæ ad dies x. maceretur, & tandem per cineres destilletur, & phlegma & oleum in sublime elata exiguntur, quæ ad extremum molli

igne

igne in B. M. iterum distinguantur. Dosis olei ex Satyrio est ℥s. cum salis è Milittena scrupulo in ℥vi. Vini potentissimi.

MVMIA.

Vt in vniuerso siue maiori mundo renouatio ac transmutatio arcani cuiusdam beneficio perfici potest, sic & in microcosmo, subiecta admirabilitati cuiusq; generis materia existit, quæ iisdem omnino viribus est prædita. Ea vero ita fingatur.

Sumito primum Spiritus Vini correcti ℔ s.
Succi Chelidonij
Melittenæ an. quart. i.

Circulata in fimo equino calente per dies 12. è balneo disiungito, deinde cum hac essentia permisceto Mumiam, ac postquam rursus per mensem maceraueris, eo vsque dum Mumia in liquorem abierit, vt ante, summa arte è balneo secernito. Postremo huius liquoris ℥vi. addito

Ol. Therebinthinæ,
Sigilli Turcici
Olei Ophirizi at. ℥s.

Iterum circulato per mensem tunc emergit mumię microcosmicę Theriacæ omnium Venenorum pręstantissimum atque efficacissimũ mysterium, cuius dosis est ℥s.

HERMAPHRODITVS.

Chymica nos docuit experientia hermaprodi-

phroditum omnem omnium mineralium vim habere, vnde summam seruandi totum corpus humanum facultatẽ obtineat necesse est. Cum idipsum nihil aliud existat, quam mineralium essentia, si anatomia Microcosmi maiori mundo conferatur. Idcirco hermaphroditus vniuersum corpus humanum, quod ex integritate actionum suarum ex quauis offensione ægrum iudicamus, quacunque ratione effectũ ad absolutam & exquisitam Symmetriam perducit, vt in naturali constitutione ad vitã longam nihil perfectius desiderari queat.

Hermaphroditi anima hoc modo conficitur. Essentiæ mercurialis è Chalcanto Cyprio cuiusque æquales sume portiones, & ad iustum dierum interuallum, à phisicis definitum, cõgelari sinito, tunc exurgit hermaphroditi flos Saphiricus admirandum maioris mundi mysterium. Cuius pars sit in 3. mille liquati Ophirizi partes infundatur, id omne in sui Naturam conuertit, eius rursus drachma in mille æris drachmas immissa, id vniuersum in aurũ transmutat purissimum; sic & hermaphroditi granum ac Theriacæ siue Mitridati scrupulus è vino generoso semel atque iterum introsumptus corpus quouis modo conflictatum in pristinum naturalemque statum restituit. At si foris ad externa vitia medice adhibere placet, cum stillatitio hydropiperis liquore vsurpetur necesse est, tunc cuiusuis balsami præstantiam

supe-

ſuperat, chirurgicorumque affectuum ſummam curationem expedit. Is Hermaphroditus eſt Tinctura, Monarchiæ Chymicæ præfectis cognita, Lapis à nomine, ſignatus, proprio nomine ignis æthereus, infinita verborum ænigmatumque obſcuritate inuolutus.

Placuit ex Phædronis Agrippa hæc etiam adiungere: Secretum Secretorum eſt lapis Philoſophorum ſi fœlicitatẽ deſideras, vt benedictionem philoſophorum obtineas, viuit Deus in æternum. Vnum eſt in mundo obiectum omnium, quod proprie dicitur philoſophorũ. In teſtitudine manet album & rubrum in ſe continet. Vnum maſculus aliud fœmina nuncupatur, animale, vegetabile, æs minerale: nullum reperitur tale; actiuã vim habet & paſſiuã, ſubſtantiam mortuam ac viuam, ſpiritum & animam quam vocant ignari rem viliſſimam, quatuor continet elementa in ſuo gremio cõtenta; vbi eſt reperitur, ab omnibus communiter habetur; paruo redimitur precio; ℔ habetur pro vno ſolido. Aſcendit per ſe, nigreſcit, deſcendit & albeſcit, creſcit & decreſcit, res eſt quam terra producit, & de cœlo deſcendit; palleſcit & rubeſcit, naſcitur, moritur, reſurgit, poſtea iterum viuit, per plures vias tendit ad finem, ſed propria decoctio eſt ſupra ignem, eſt lenta, modeſta, fortis, augmentatur, quo vſq; ſecurius quieſcendo rubificetur. Hic eſt iuxta votum Lapis dictus Philoſophorum.

Lege & perlege quæuis, at clarius nunquā inuenies, & si adhuc fueris ingenio tardus, nunquam huius artis eris gnarus.

SALIS GEMMÆ ET AQVÆ salis præparatio.

Sal gemmæ omnium purissimus, in tenuissimum pulucrem redactus, forti fictili vasi, quod Chymici Tigel vocant, indatur, furno Ventoso (Windoffen) impositus lento igni stet donec fluat, permaneatque ad horas 3. in fluore, si ignem fictile vas sustinere valebit. Post de se ipso frigefiat. Extractus deinde pulucrisetur, ac vasi alteri iniiciatur prædicto modo in furno tractandus. Id quinto aut sexto repetendum. Demum pulucrisetur iterum. Accipe raphani succi quantitatem, quæ salis pondus æquet, superfunde in lignea patella parum, agitando cochleari culinario, idque quod de sale solutum est, ita calidum per pannum coletur, affundendo in reliquam salis partem indissolutam succi raphani partem calidam, donec sal omnis in liquorem redierit, & percolatus sit. Fac vt coaguletur, aut per Alembicum iterum ab aqua separetur. Redige iterum in pulucrem, affunde pulueri extillatam aquam, putrescant in B. M. 6. diebus & noctibus. Aquam in furno separa per alembicum, primo lento ignis gradu, vt in præ-

in præparatione aquæ fortis, donec nihil effluat amplius, post fortiori progredere ad calcinationem vnius vel dimidiæ horæ vsque. Sal pulueriſetur ita calens, in tabella lapidea tenuiter agitetur, & ſuper marmor loco humido ponatur vſque dum ſe ſoluat. Solutum B. M. conclude ad putreſcendum diebus tribus. Cucurbitæ forti poſthæc iniicias & per Alembicum in arena groſſiori deſtilletur, primo lente, deinde fortius ſecundum artem. Reliquum comminutum corpus, & tenuiter contuſum, ſuper marmor pone, vt ſecundo fluat, & ſimiliter, vt dictum putreſcat, deſtilleturque ad vicem tertiam. Et quod nunc reliquum corporis permanſit, tenuiſſime pulueriſatum cucurbitæ conclude, ſuperfunde tres illas extillatas aquas, putreſcant ſimul, diebus quinque & totidem noctibus, quo facto in groſſa arena deſtillentur iterum, & vltimo omnia tranſcendent roſtrum, excepto paruo capite mortuo, reiiciendo. Aqua vero omnis per noctem & diem putrefacienda in arena, quæ à ſubſtantia ſalis ſeparata eſt, poſt in eadem per alembicum deſtilletur. Putrefactio & deſtillatio ſecundo aut tertio repetenda, & habebis aquam ſalis. At attendendum vt in omni putrefactione & deſtillatione vaſa probe perlutata ſint, ne vllus ſpiritibus relinquatur meatus.

ESSENTIA SOLIS.

Accipe aurum tertiatione per Antimonium purgatum, tenuissimeque laminatum, aut loco huius aurum finum, pone in cucurbitulam longi colli, superfunde spiritualem salis aquã, vt superius diximus, optime sigillo Hermetis præmunitam. Ponantur ad minimum 4. vel 5. dies in digestionem, vt coeant, post adaperi, & detruncato nitri collo alembicum impone, rimas bene perlutando. Cineribus eo vsque impone, quo aqua & aurum penetrat, applicato recipiente, vitrorumque extremitatibus similiter luto firmatis. Destilletur quinto vel sexto, quod se per actum, postquam euaserit frigidum aperias, aurum & vniuersam materiam, quæ in cucurbita remansit, vitreę patellulæ infunde, edulcorando cum aqua pluuiali stillatitia calida ab omni salsedine aliquot vicibus, & remanebit aurum in fundo speciem exhibens pulueris, nam sal non penetrat permanenter in auri substantiam. Huic auro alcholisato superfunde Spiritum vini, non simplex vinum ardens, qui ad minimum in subtili cucurbita 6. digitis aurum excedat, secundũ proportionem auri. Putrescant minimo mensem in Balneo M. & imbibat colorem auri Spiritus vini quem in aliud vitrum effundas. Poterit etiam pro fortiori extractione Spiritus vini alio secũdo affundi, vt & tertio, donec omnem è auro colo-

colorem extraxeris, & ſolis corpus albidum & exanime remaneat. Vltimo in M. B. Spiritum Vini ſepara ab auri forma, & ea vtere, vt in adminiſtratione docuimus.

PRÆCIPITATVM SOLIS.

Si ſolis præcipitatum adparare placeat, auro, vt dictum, per ſtillatitiam pluuialem edulcorato & exſiccato, oportet procedas.

SPIRITVS VINI.

Verum efficies Vini Spiritum ſi vnam aut alteram menſuram Vini fortiſſimi (neutiquā mixturæ expertis, ſeu rubri, ſeu albi, antecellit vero album, ſeu minus alcoli relinquit rubro, conſtatque rubrum non adeo alienis formis affluere, quam album) ſtillare cures in modum aquæ vitæ, per vitreos aut æreos canales, gelidam tranſmeantes. Attendas in ſaporem, guttam vnam aut alteram linguæ imponendo; vt quod ſi minus forte extillabit vinum, recipientem cum bono vino remoueas, alembicū cæcum admouendo ſeu circulatorium, ſufficientis quantitatis Vini motui conuenientem ne à Spiritibus in fruſta frangatur, impone tā alte quouſque vinum penetrat, plumbeoque orbi alliga, perque 10. dies bulliant. Dein apertis roſtratum alembicum adapta, ſtillent in B. vapore ſeu frigido M. B. & tranſcendet Spiritus. Manualis enim operatio à tribus his depēdet. Primo ne vitrum cū vino nimis profunde

aquæ insideat: dein vt luto nitra bene firmentur, ne euaporet Spiritus: vltimo ne destillando Spiritus cum Vino ardenti permisceatur. Quod facile eueniret, si in balneo, seu vapido igne, calorem iusto magis exaugeres. Vnde ad signa attendas necesse est. Si in alembico venulæ guttulæque apparent, statim cessandum, insequens enim Vinum ardens est, recipiens amouendus.

SAL VINI.

Procedas, vt diximus, secundum destillationem primam, vbi omnibus Vini viribus separatis aquea materia transcendit, hanc euaporare finito in aheno per decoctionem & bullitionem, aut si tibi metus est, ne ahenũ ab igne damnum patiatur, arctiori vasi aut vitro inde materiam, eaque exure, remanebit substantia lutulenta & impura, hanc exsicca, & habebis nigri coloris Tartarum, ex quo tenuissime puluerisato & calcinato fortissime in prunis aut igne patenti Sal Vini assequeris.

SPIRITVS VINI ALCOlisatus.

Quod si Vini Spiritum omnium fortissimum & supreme gradatum expetas, ad aperienda & in se trahenda corpora, nec non ad rerum formas gradandas. Quantum velis Vini Spiritu Sal eiusdem dissoluas, stent naturalem diem in digestione probe conclusa. Ponantur

in arenam vel cineres, leui primo, dein fortiori, posthæc summo igne, stillent fortiter in magnum recipiens vitrum; Spiritus refundatur in salem (qui sal iterum ad albedinem calcinatus, interque agitandum Spiritu vini aspersus & irroratus sit) rursumque stillent. Sal poterit ponderari vtrum destillatione de pondere nihil decesserit. Si magis iusto fixus euaderet, putrescat cum Spiritu Vini in Mariæ balneo. Postremo destillentur tamdiu, quovsque omnis sal alembicum transcenderit, & habebis nobilem Spiritum Alcolisatum.

ESSENTIA ET FORMA herbarum.

E floribus & herbis extrahitur specifica vera proprietas colorque, corpore non destructo, quemadmodum Theophrastus in vita lõga & locis aliis exhibet, si per noctem in prædictum Spiritum Vini ponantur simplicia, mane extrahe, habebis formam rei in Spiritu Vini, hanc si separare placet, balneo vapido fiet, remanebit instar liquoris forma in fundo.

ESSENTIA EX HERBIS QVOmodo extrahenda.

Contundatur primo in mortario lapideo chelidonia vel herba quæuis alia, vna cum floribus, foliis & radicibus, ad formam pultis, bene dein obturata stent in fimo equino digerenda per mensem. Stillent in balneo ad sicci-

tatem. Puluis relictus agitetur super lapidea tabula,& succo,qui prius per alembicum stillauerit,irroretur,digerantque diebus quatuordecim. Effluxis iis in cineribus subeant destillationem,phlegma cum oleo transcendet: quæ duo ab inuicem semoueas, oleũ singulari studio asseruandum. Relictas vero fœces subtiliter in puluerem redige,super quas iterum phlegma fundas, digerant decẽ vel duodecim diebus in equino fimo.Separetur à phlegmate in arena.Remanens niger puluis in reuerberio vt instar cinerum albescat tractandus, superfundendo phlegma,& extrahendo sal.

AVRVM DIAPHORETICVM.

Quod sanguinem in venis purgat, in ossibus medullam,& quidquid in carne,cute,neruisque continetur. Mercurio rubro color rubedoque extrahenda,qui è ouorum aqua præparatus sit,per nominatum Vini Spiritum,adde pondus æquum formæ auri, vt superius indicatum est,in putrefactione stent vt purgentur, deinde à Vini spiritu separa liquorem, cuius gr.3.vel 4. in vino forti aut Maluatico tribus diebus continuis in auroram propinanda. Videtur Theophrasto liquorem hunc etiam Lepræ opitulari, mederi contracturis, purgareque sanguinem supreme. De his plura in administratione Chirurgiæ Magnæ.

DE

DE MVMIA.

℞. Muniam bene concisam, & vasi retorto bene perlutato iniectam in balneum pone, cũ superinfusi Olei Oliuarum tanto pondere per mensem. Extracto post hæc vasi retorto, orificium fac magis in vase pateat, ac in arenam posito probe perlutando recipientem accommoda, & male olens Mercurius euarabit in illum, reiiciendus. Ponatur dein in locum aliquẽ domus, ne fœtor nocumento esse possit, posita in balneum applicato alembico, diebus quinque vel sex, Sic sensim euaporabit quod reliquum est Mercurii, in calido balneo. Lente liquor effundendus, quodque indissolutum fuerit, donec soluatur, in balneo retinendum. Qui cum theriacæ permisceatur ℥vi. musci optimi ℥i. ac rursum in balneo, siue super fornace calidis in cineribus integrum mensem retineatur.

THVRBITH MINERALE.

Minerale Thurbith duobus modis adparaui. Primo si aqua ouorum à propria calce sua sæpius digeratur ac destilletur, sal volabile dulce suum ad se rapit, atque ita euadit forte vt à veteribus Corrosiuum dulce nominatum sit, mercurium mortificat, ac instar corallorum rubificat, destillatione aliqua repetita & digestione: poterit ex hoc rubro Mercurio essentia per Spiritum vitrioli extrahi, extrahendo toties donec vis omnis in Spiritu attracta sit, quod fortassis decima quinta vel decimasexta

reiteratione fiet: relictum corpus mortuum reiiciatur.

Altera ratio, priori dissimilis, his progreditur. Si acris aqua fortis super partes duas farinæ laterum, & vnam salis fundantur, destilleturque, aqua fortis Rubini instar rubescit, quæ ad tertiam vicem vltimo forti igne à Mercurio segreganda, sicut & Vini Spiritus vndenis aut duodenis reiterationibus bene cum Mercurio super marmore agitandus, & destillandus, atque cum aqua ouorum à calce sua destillatus digerendus, & cum aliquoties destillationem subierint Ostrutium minerale siue Thurbith præparatum erit.

℞.v.grana Thurbith misce cum ℥i.succi rosarum ante cœnam assumenda, ante auroram iiii. grana, in noctem similiter quatuor. Quod si vero in ore spumam procreauerit, & æger excreauerit, subiũgat de vitro Antimonii, aut de eiusdem puluere reuerberato aliquid: & iuste purgabitur. Propinanda posthæc auellanæ magnitudinis instar Theriaca Alexandrina, sudorque prouocandus. Si lubeat vtantur ægri subsequenti gargarismate: ℞. quartam mediam Vini ardentis, Sacchari candi ℥i. puluerisati tenuissime, soluatur in ardenti Vino, adde cochlear vnum mellis boni ponderis, commixtis gargarismate vtendum.

Vulneri siue vlceri, quamdiu Turbith administratur, aliud nihil imponatur, quam in-

sequens

ſequens Emplaſtrum, nec vltra repetitionem tertiam adhibendum Turbith eſt, operatio expectanda.

℞. Bdellij,
Serapini colati an. ℥i.
Thuris,
Mumiæ an. ℥iii.
Ceræ ℔ i.
Colophoniæ ℥vi.

Redigantur artis proceſſu in Oppodeldoch. Magis purificabit ſi noſtri Turbethi mineralis commiſceatur dragma vna.

Thurbith minerale exhibitum cum Spiritu Tartari, in lecto ſudorem prouocat, & puſtulas aliaque vitia in cutem euocat.

ALCOOL VINI.

Vinum Alcoliſatum, Vinum Centratum, Vinum Eſſentificatum, cum alcool, alcool vini, Vinum Eſſatum, eſſe Vini eſt eſſe Eſſentificatum. Hoc eſt quando eſſentia Vini deſtillatione tranſcendit, ſimiliter phlegma, inſtar mellis fœces in fundo remanent. Quæ cum ardorem aliquem ac Empireuma in ſe contineant, phlegma inſuper ſuperfundendum, ac ſtillando ſeparandum toties, donec amiſerit eſſentiam phlegma. Dein funde vini eſſentiã deſtillatam ſuper phlegmata, & ſtillando ſegrega, alterius tot repetitis vicibus, quo uſque fœces in fundo hærentes albedine ſplendeant,

deant, quæ Theophraſto Alcool Vini, Sal vini, ſiue vinum Alcoliſatum inſcribuntur.

OLEVM AVRI SIVE AXVNGIA.

Theophraſto dictum Axungia, vel butyrũ ſolis, in fiſtula, cancro, intrinſecus ſumptum, & extrinſecus illitum, in hunc modum paratur. Super limatum aurum Maſtichinum Oleum ſuperfundatur, ac poſtquam quatuor ſeptimanis in fimo equino digeſtionem paſſum fuerit, ab oleo ablue calenti aqua. Stet iterum cum Vini Spiritu 10. aut 12. dies in digeſtione, ſeparato Spiritu deprehenditur oleaginoſa ſubſtantia in fundo, butyro non diſſimilis. Vtere guttis aliquot initio cum liquore aliquo.

SPIRITVS TARTARI AD ſudorem.

Tartarus probe purgetur & lauetur ex vino, exſicceturque atque pulueriſetur. Cucurbitæ inditus ponatur in furnum ventoſum (Windofen) ſtillet per alembicum inſtar olei maſtiches. tranſcendet denſa materia, coloris & odoris Theriacæ.

OLEVM SATVRNI EIVSque Sal.

Plumbum primo in puluerem calcinãdum hoc modo: Vas liquationis inuitreatum craticulæ impoſitum ſit, in quod plumbum iniiciatur, agiteturque ſpatula tamdiu quo vſque in ſubnigrum primo, dein luteum, vltimo rubeũ puluerem abeat. Superfunde tantum aceti

ſtilla-

ſtillatitii quo vſque duorum digitorum latitudinem excedat. Bullient parũ, & ſi inceperint ſuperius ſpumam procreare ab igne ſemoueãtur, lenteque ſubſideant, & in ollam aliam acetum à calcinato Saturno ſepares. Plumbo oportet nouum acetum affundas, agaſque, vt diximus, id toties donec omnis dulcedo plumbum reliquerit. His peractis, materiam collectam, ſeu acetam balneo inſidere cura, vt acetum tranſcendat, dulceque purpureum corpus in fundo permaneat. Huic relictæ in fundo materiæ ſuperfunde cœleſtem aquam, & ſine ebullire, quæ albam ſpumam ſuperius reddet, ſtudioſe ſeparandam, toties quo vſque omnis ſpuma ſublata cenſeatur, remanentibus purpureis fœcibus in fundo, quas reiicias. Collectam ſpumam iterum in balneum cum poſueris, vt vel aqua euaporet vel roſtrum tranſcendat relinquetur ſiccum & albidum quoddam corpus fundo cucurbitæ adhærẽs. Quod nobili aqua forti ſoluetur & per balneum tertio aut quarto ſeiũgatur, vnde perbelle & pulchre ſolutum cernes. Super quam tuam hanc materiam affundas iterum ſtillatitiam aquam cœleſtem, eandem in balneo ſegreges, repetaſque tamdiu affundendo & deſtillando eandem aquam cœleſtem donec omnis acrimonia aquæ fortis extracta cenſeatur. Apparebit materia albida pellucens, verum & dulce Saturni ſal, in cellam aliumque locum humidum poſitum

tum

tum in aquam vel oleum per se fluitans. Quo externa & desperata mala, cancrosa vlcera sanari constat.

Olim D. Daniel vsus est solo plumbo aqua forti soluto, post abluto aqua fontana, remedium efficax ad vlcera cocoethe, ex lineamentis eo imbutis & insertis: ita vt puluerem plumbi in fundo reliquerit, & sola aqua vteretur.

ESSENTIA STIMMEOS.

Crudum Antimonium in omnium subtilissimum Alcool translatum obliquo liquatorio iniice, primo inobturatum in supremo reuerberationis gradu stet in reuerberio euaporandum, deinde sigilletur, & lento igne reuerberetur, cauendum tamen ne fluat: Euaporato venenoso sulphure & humiditate sua discussa cum in cinericeum puluerem abierit, tunc medius ignis gradus admouēdus octo aut decem diebus continuis. Demum supreme agitetur in ignibus tamdiu, quo vsque Antimoniū purpurei pulueris formam obtineat. Huius recipe reuerberati Antimonii ℥ii. aquæ vitæ circulatę vt sex digitos excedat. Digeratur in circulatorio bene obturato per dies xii. in balneo tandē destillando separetur, tunc color in aquam vitæ commigrabit, quæ vera est essentia Antimonii. Puluis emortuus in fundo subsidet. Dosis ℥i. quando plus minusue.

VSVS ESSENTIÆ, SEV TINcturæ Antimonii.

Vſus eſt guttar. iii. ex vino vnica vice, febriſque quartanæ & omnium febrium genus iis curatur. Magiſter Thomas Chirurgus Hydropicos duos curauit, exhibendo mane ii. vel iii. ad ſummum quatuor guttas ex vino albo. Mouet ſedes ternis vel quaternis vicibus, penetrãdo interius vniuerſum corpus: omnia membra duarum vel ſeſquihoræ ſpatio laſſa & omnino languida reddit, ſed vel ſtatim recuperatis viribus confortat iterum. Interius tumore ex improuiſo diſcuſſo & reſoluto per ſudorem vel vrinam liberat. Per diaphoriſmũ tumorem hydropicum diſcutit. In prouocandis menſtruis mirabile eſt, ſic & in ictero, colicaque. Pueris duorum, trium, vel quatuor annorum fœliciter exhibuit. Item in quartana & tertiana febre fœliciſſime vſus eſt. In morbo gallico eſt ſingulare; quatuor hoc morbo tentatos curauit, Sic & mulierem quandam reſtituit quæ ſeptendecim annis tumoribus gallicis correpta, vndecim in capite, duos tumores in brachiis habebat, qui diſcuſſi ſunt ſolo oleo. Itẽ tinctura Antimonii vſus eſt aduerſus ſerpigines gallicas: patiens aerem quãtum fieri poteſt euitabit, tantum in calido deambulans. Scrophulas, integram faciem occupantes, tali methodo ſuſtulit: Purgationem

inſti-

instituerat aliquot vicibus cum antimonii vitro. Posthæc potionem è vino coqui curauit, cui insit Vincetoxicum, vtraque centaurea, sanicula, aliquando pyrola: potione percolata fasciculos è relictis radicib. calidos imposuit, sicque sanitatem consecutus est æger.

Restituit cum Antimonii essentia fœminam, quæ viginti tribus patentibus vlceribus in crure molestabatur, morbi gallici reliquiis.

Vitro antimonii vsus est Phædro in febre hectica desperatissima bis. Qui vel essentia vel vitro antimonii vtitur, euitabit aerem.

Vitro antimonii curauit rusticum, qui circa corrosiones persenserat, ingentem reiecit vermem, & paruos 142. Alteri rustico exhibuit per vice decima sexta, qui à talo ad genu vsq; pertingente malo detinebatur 200. foraminibus expurgans eum per sedem primum, deinde per vomitum: tollens omnem dolorem duntaxat calcinato vitriolo, & Vnguento mundificatiuo.

Idem Phædro hoc Podagricum in viginti quatuor horis curauit, aliamq; fœminam, cui è craneo squamæ progenitæ fuerãt. Alios duos deploratos hecticos & quartanarias restituit. Curat igitur apostemata & excrescentias malignas. Vermes, Podagram, dolores & tumores gallicos, articulorum, febrim hecticã & quartanam.

LAVDA-

LAVDANVM OPIATVM THEOphrasti, quo vsus est tanquam specifico in omni febrium genere, inter Phædronica sic habet.

℞. Opij Thebaici opt. incisi ℥ii. Mumiæ gr. iii. Succi rad. hyosciami ℥s. quæ colligi debet sole & luna ingrediente libram, quod fiet 8. vel 5. diebus ante diem festum D. Ioanni sacrum.

Recondantur vitro & digerantur ad solem per dies 14. tum opium præparatum est.

℞. Specierum diambræ ℥is.
Vini, quinquies correcti ℔ i.

Digerantur quoq; per 14. dies ad solem, singulis diebus ter vel quater agitando: deinde aliquid vini illius clarissimi & rubicundissimi funde super præparatum opium, & cum eo in pulticulam redige, ac rursus per triduum ad solem optime clausum digere, idque ter repete, & extremo exsiccari sine. Tandem super marmore vini supradicti momento in pultem redige crassiculam, cui adde

Corallor. rubeor. præp.
Carabes citrinæ præp. an. ℈i.
Musci siue ambræ opt. gr. iii.
Camphoræ. g. vii.
Croci orientalis ℈i.

Fiant pilulæ minutissimæ, quarum septem in Vini ℥ii. deglutiendo præbeantur. Si dolor sæuus existit, hora 6. vesperi vii. pilulæ, nona

v. quarta luce appetente 4. vino exhiberi debent. Omnem dolorem mirabiliter ſedant & in omnibus morbis vehementibus dãtur conſeruandi & ſanandi gratia.

Obſeruandum Laudanum hoc ſex horarũ ſpatio operationem ſuã ſemper expedire: quo aſſumpto horã æger quieſcet. Poſtea ſi opus eſt ſemel vel bis aſſumere, ſemper operationi horę ſex relinquantur.

OLEVM REALGARIS SEV Arſenici, eiuſque vſus.

℞. Realgaris quantum voles, ponderoſi ac lactis inſtar albidi tenuiter in tabella lapidea agitetur, adde purgatum Salisnitrum, in vas liquationis coniecta prunis candentibus ſuperimpoſitis, ſtent primo leui circumſepta igne, vt omnis venenoſus fumus expiret, & materia comburatur. Quæ ſi fere combuſta fuerit, circum, infraq; ignes adauge ad horam quartam vel quintam, quo vſq; Arſenicum in formam Butyri fluat, omnis venenoſa qualitas euaneſcet, & fiet Realgar fixum. Quod ſuper frigido marmore fuſum, in cella in vas recipiens oleum ſtillabit, oleum Arſenici fixum: quo præcipue etiam Theophraſtus vſus eſt. Poterit etiam magis rectificari, vt Solis oleum, ſi ſuper ignitis lateribus perfuſum per retortum vas agitetur.

Hoc inunguntur exterius vlcera, recentiaque

que mala Gallica, bis aut ſupremo ter, fluida enim reddit tamdiu quo vſque materialis cauſa abſumpta ſit; quo facto vlcus æſcharam aſſequitur, quæ inſequenti Butyro Solis illinenda, decidet citra rubeæ maculæ veſtigiũ. Quod ſi vero oleũ hoc ad inungenda huiuſmodi mala vſurpatur, ſimul etiam circumiacens cutis eo illinenda.

BVTYRVM SOLIS AD Æſcharam.

℞. Butyri maialis & recentis quantum voles, bulliens fundatur in aquam florum fabarum ſeu decoctũ Lupinorum, ſigilli Salomonis. Extinguatur ita tertia repetitione, & euadet albidiſſimum & pulcherrimum. Vtere vt dictum.

AQVILA PRÆCIPITATA.

I.

Vitrioli Purgatio.

℞. optimi & cœrulei coloris Vitrioli Vngarici ℔ 16. Indantur inuitreatæ ollæ, ſuperfuſâ clara fontana ſeu ſtillatitia pluuiali bulliant ad duarum partium remanentiam, quam philtrando per pannum laneum in latam patinam vel vitream concham percoles, percolata in cella in humidam arenam poſita in lapillos perlucidos congelabunt, clariora, quã prius fuerant, euaſura. Aquã ſuperfundas denuo bulliãt vt prius, & toties bulliẽdo & effundẽdo repetas donec omne vitriolũ in huiuſmodi per bellos

lapides concreuerit & abeat, tum veneni tota qualitas discussa est. Simili modo puluerisatum Salis nitrum cum aqua soluatur, & vt superius de Vitriolo diximus, purgetur.

II.

PVRGATIO SALIS AMmoniaci.

℞. Salis ammoniaci, tartari calcinati an. ℔ i. sublimentur secundo aut tertio in cineribus.

AQVA FORTIS.

℞. Vitrioli supra præparati, & bene purpurei calcinati ℔ ii. Salisnitri supra præp. & probe in Sole exsiccati ℔ i. Tenuissima commisceantur. Destilla, lente primo, deinde exaugendo ignem, vt Spiritus omnes transmeant.

III.

PVRGATIO AQVÆ FORTIS.

℞. Aquæ Fortis huius ℥ ii. vel ℥ iis. in ea dissolue laminam tenuissimam Lunæ fimæ ℥ ii. Quæ si soluta est, infundatur in ampullam omnem reliquam aquam continentem calidiuscule. Fœces si ad fundum resederint, aquam sensim separa ne viscidæ materiæ aliquid eam comitetur, iuste Aqua Fortis purgata erit.

Huius aq. valentis ℔ i. in qua dissoluas Salis ammoniaci supra præparati gr. i. destillentur lente per balneum, euadet Arcanum regis præparatum.

IV.
PVRGATIO MERCVRII.

Affundas ſupra calcem viuam aquam calidam, agitetur, frigeſcat & ſubſideat, philtro aquam ſepara, eamque calidam ſilicum cineribus inſtilla, qui ſi ſimiliter ſubſederint, philtro ſeiungantur. In hoc lixiuio è viua calce & cinere anthylidis confecto, Mercurius ſexto, vel ſeptimo bulliat, ſemper vt ſufficiens pars ebullitione decedat, & nouum lixiuium reſtituatur. Similiter in ſale & aceto ſtillatitio fac bulliat Mercurius quarta vice, donec ſal nigredine tingatur, acetumque in vapores reſolutum ſit, de nouo affundendo. Vltimo probe lauetur tertio aqua calida & ſiccetur: & habilis redditetur ad ſublimandum, præcipitandum, aliaque munia obeundum.

V.
PVRGATIO STIMMEOS.

℞. *Pulueris Antimonii,*
Salis Nitri purgati,
Tartari calcinati an. ℔ *s.*

Stent in fluore. Fluida in peluim fundãtur, quæ ſi refrixerint, regem ſemoue, frangetur per ſe.

I.

℞. reguli Antimonii ℥i. tenuiter agitetur, irroretur in concha vitrea ſexto aqua regis, in eaq; ſolue, ſolutũ in calidis cineribus aſſerua.

II.

℞. Solis optimi fimi, in tenuissimas lamellas coacti ℥ s. soluetur separatim in vitrea cucurbitula in ℥ i. aquæ regis. Stent.

III.

℞. Mercurii purgati ℥ iii. similiter in cucurbita probe munita soluetur, in calidis cineribus, superfusa aquæ regis libra vna.

Tria hæc soluta coniungas in cucurbitam probe permunitã, sexto vel septimo in cãdenti arena per Alembicum stillent, extillatum semper iterum affundendo. Vltimo exaucto calore agitentur, quo vsque stillare cessauerit. Tandem eximatur relicta materia, in tabella lapidea in alcohol redigatur, & in furno reuerberationis reuerberetur (Vnder einer Muffel) leni igne ferro agitando, euadet .n. Mercurius niger & postmodũ in varios colores. Reuerberatio continuetur, donec rubicundus conspiciatur, & spiritus aquæ regis omnis decesserit. Abluas posthæc calida, vt salsedo integra separetur. Superfundas supra hũc Mercuriũ, prius probe puluerisatum, optimum Vini Spiritum rectificatum, vt tres digitos emineat. Si calido loco steterit tribus diebus, & singulo die agitetur tertio, tunc separa.

Tandem puluerisato Mercurio affunde optimã & genuinam aquam stillatitiam rosarũ, cum moscho aromatisatam. Stent iterum loco cali-

calido dies tres; singulis agitando ter: separentur lente ad siccitatem; eritque Aquila præcipitata concinnata, alias essentia Mercurialis Purgatoria vocata.

RVBEDO STIMMEOS.

Principio Tartarũ calcinetur probe donec ignis acquirat efficaciam seu acrimoniam, dein aqua tepida dissoluatur. Aquam effunde, terra ad fundum subsidebit. Quod si vero adhuc acrimonia aliqua Tartaro inesset, affundatur rursus aqua, quæ segregata alteri admisceatur. Quod tamdiu continuandum, quo omnis acrimonia, per gustum tentanda decesserit è Tartaro. Reiice terram mortuam. Collectæ aquæ vero bulliant ad humidi consumptionẽ, remanebit sal acris & igneus fundo vasis inhærens. Salis huius ℞. ℥iii. soluentur in mensura media aquæ iniiciatur antimonii crudi ℥s. Bulliant bene & continuo in sartagine, vt indurata oua coqui assolẽt, aqua pellucida reddetur. Si refrixerit materia, pulchra & rubra, instar gelatinæ cõsistens adparebit, huic affunde stillatitium acetum sufficiens, segregetur Tartarum, & omnis mala qualitas Antimonii à rubedine, solueturque. Ea vero Antimonii rubedo ad fundum transcendit. Hæc omnia percolentur per papyrum maculatam (Maculatur) solutio penetrabit, rubedo Antimonii remanebit in papyri superficie.

Rubedini affundetur tepida aqua vt edulcoretur, decedantque superfluæ impuritates. Resideat, si fundum rubedo petierit, aquam separa. Exsiccetur vltimo prunis candentibus. Dosis granum dimidium.

OLEVM EX CERA IN SAnandis vulneribus Balsami virtutem obtinens.

℞. Ceræ nouæ odoratæ ℔ii. dissolue igne lento in sartagine, deinde in vase Vino Cretico, aut alio optimo feruentissimoque repletum effunde, & sine donec refrixerit; postea collectam manibus exprimito fortissime, & rursum liquefacito, atque iterum super vinum effunde vt prius, idque fiat septies. Postremo denuo liquefacta adde lateris subtiliss. triti Miii. & commisce diligenter, cumque parum refrixerit, in cucurbitam vitream luto probe inductam indatur apposito rostrato Alembico: iuncturæ Luto Sapientiæ circumquaque probe oblinantur, ne quid expirare possit. Luto iam bene exsiccato ponatur cucurbita in capella cum arena, subiiciaturque ignis paruus per horas nouem vel decem. Et primum extillabit phlegma aquosum colore citrino & clarum, quod cum exiuit, nec quidquam amplius destillat, recipiens vas auferri debet, & aqua illa citrina destillata in vitro probe clausa seruanda. Mox aliud vas recipiens rostro Alem-

Alembici aptandum, & ignis augendus paulatim: destillabunt primum guttæ turbidę, quę postmodum in recipiente resederint, congelantur Butyri instar, siue gelatinæ vel Vnguẽti. Tandem guttæ aurei coloris exibunt, quæ non congelantur, sed liquidę permanẽt. Quod vbi videbis, statim iterum vas recipiens mutabis, ne humor ille liquidus aureus cum priore materia turbidiore commisceatur, sed nitro peculiari debet excipi. Nam hic est verum oleum ceræ, quod fluidum perpetuo manet. Hinc destillatio continuanda igne subinde aucto, non solum carbonibus, sed & lignis subiectis donec vehementissimus existat, & ita pergendum per horas 18. Ad extremum rursus guttæ turbidiores exibunt, quod vbi videris, confestim vas recipiens cum vero oleo auferes, & aliud vitrum subiicies, quod fœces excipiat, quæ & ipsum humidum quodammodo referunt.

VNICORNV SOLVTVM.

Margaritis præparandis superfunde acetũ, nostro modo septies destillatum, & in calidis cineribus solue. Deinde in balneo acetum abstrahę, aut si exigua margaritarum copia est, pone vitreatam patellam seu concham vitreã, vulgo ein Gläserne Schalen/ & super calidos cineres euapora, postea aquam pluuialem semel destillatam Margaritis superfunde & euapora, atq; sic continuato donec aceti sapor cũ aqua

ſublatus ſit. Poſtremo puluerem Margaritarum ſoluito Spiritu Vini rectificati, & vtitor.

ACETVM PHILOSOPHOrum.

Recipe menſuras quatuor aceti acerrimi, deſtilla ex ipſo duas menſuras per alembicum. His adde Salis nitri purificati quart. i. ita vt diſſoluatur ſal in aceto bene. Deinde in arena deſtilla denuo fortiter, quo Spiritus aſcendant & commiſceantur aceto. Huius aceti cape q. v. & adde ipſi bugloſſæ, alias herbæ Paridis nominatæ p. v. ponantur in phiala immittendo mercurio bene loto p. i. ponatur ad digeſtionem per dies 16. aut plures, & videbis effectum. Hoc aceto omnia ſoluuntur.

ANTIMONIVM NARCOTICVM & ſudoriferum.

Recipe antimonii ℔i. ſalis petræ purgati tantundem, calcina igne circulari in vaſe liquationis ſeu tigillo alto, ignem paulatim augendo per horas tres aut quatuor. Deinde calcina iterum cum ſale nitro, ac per aliquot horas da ignem fortiſſimum, vt tigillus candeat. Antimonium exime, contunde, ſolue in aquam, ſi de ſale adſit aliquid, per philtrum abiiciatur, & abluatur. Remanentia exſiccetur, & reuerbera per aliquot horas, euadet leniſſimus & albiſſimus puluis. Doſis agr.

ii. 7. vſ-

ij. 7. vſque ad 9. in febribus tertianis, & quartanis potentiſſimis.

TARTARVS.

Liquor Tartari & ſuccus ita ſeparentur: Tartarus lauatur aliquoties ex aqua communi calida, donec nulla puluerulenta ſpurcities conſpiciatur; tandem ex vino tepido optime eluitur. Exſiccari debet ad ſolem & redigi in puluerem, hic cucurbitæ lito oblitæ impoſitus aperto igne deſtillet, inſtar aquæ valentis, ita tamen vt commiſſuræ vitrorum diligenter ſint munitæ, at receptaculum ſit ampliſſimum.

Liquor primum emanat & ſuccus fœtidus. Ille primum corrigitur ſiue rectificatur in cellario, per gelidam aut madidam arenam ſuccus corrigatur ex aceto deſtillato ex retorta in aperto igne. Tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc ruber nunc citrinus pro ratione Tartari, quæ ſeparanda ſunt per infundibulum; atq; ita acetũ recipiat ἐμπυρεύμα in oleum, & oleum aureo colore ſine vllo fœtore ſuccedit.

Vſus.

℞. *Huius præparati ℥i.*
Olei Vitrioli volubilis ℥iii.
Aquæ vitæ ex aromatibus compoſitæ ℥v.

Mixta circulentur per menſem. Datur ex vino ℨi. aut amplius, pro perſonæ qualitate.

In mor-

In morbo gallico, in viscerum obstructionibus, in suffocationibus vteri per sudorem Tartarum auxiliatur. Item in omnibus aliis vitiis.

TARTARI LIQVOR.

Ter quotidie exhibitus in paralysi peculiariter valet, vt qui totum corpus penetret & roboret, quod in hoc morbo maxime requiritur. Potus tollit arquatum omnem cum lue venerea coniunctum. Item vitia menstruorum corrigit. Profligit initia Lepræ. Cum oleo Mercurii assumtus per Vrinam præcipue expellit hydropem.

OLEVM EBVLI.

℞. Sem. Ebuli probe mundati ℔ 3. aut 4. contundantur fortiter in mortario, donec totum redigatur in pastam. Tunc pone pastam illam in chaldario iustæ magnitudinis, cum s.q. aquæ fluminis, maneat in infusione horis circiter 24. deinde coquatur, principio lento igne, postea paulatim augendo ignem bulliat, continuetur illa ebullitio donec tota spuma egressa fuerit supra aquam; hanc spumam collige, cochleari non perforato, & quidquid olei videbis supernatare. Pone hæc omnia simul in vase vitreo oblõgo, vt est calix vitreus, è quo bibitur; & relinquatur illic residere in tepido duobus aut tribus diebus, apparebit oleum viride & translucens, vnctuosum, residẽs in fun-

in fundo ſub illa ſpuma. Quod ſi oleum difficile deſcenderit & à ſpuma non facile ſeparetur, accipito tum ſimul & commiſce iterum in aquam calidam, in conuenienti vaſculo, bulliantque parum. Quo facto collige dictam ſpumam cum oleo, relinque vt ſupra in vaſe vitreo. intra paucos dies reſidebit oleum, ſubleua caute ſpumam, & collige oleum viride quod ſubſederit, relinquendo ſpumam vt ſi quid reliquum olei habuerit, extillet.

Hoc oleo vtaris in pauca quãtitate, in omni genere dolorũ, præſertim ſi ſit ex intemperie frigida, maxime in affecto neruo & dolore arthetico. Modus vero vtẽdi eſt vt admoueantur ſex aut ſeptem guttæ huius olei, ad teporem tamen calefacti, loco dolenti, & ſtatim acutiſſimus leuabitur dolor.

IVDICIVM ET EXPERIENTIA D. GEORGII PHÆDRONIS Rhodochæi, de quibuſdam Medicamentis Chymicis.

In Morbo Herculeo, ſiue Epilepſia.

HOc in morbo adhibitum fuit à me (D. Phædrone) Oleum Chalcanti ſeu Vitrioli dulce, per ſe, citra vinum ardens aut additionem aliam, felici ſucceſſu.

In Hy-

In Hydrope.

Eſſentia Hellebori correcta.

In Tabe.

Solutum Margaritarum ex Indicis Oſtreis, coagulationis inexpers.

In Calculo.

Succus Chryſtalli æthereus.

In ſterilitate.

Extractum rubrum Radicis Satyrii Erithronei.

In Morbo Gallico.

Oleum Mercurii dulce.

In Podagra.

Vtebatur ipſe Phædro, cum Podagra deti-neretur, præſtanti nobilique coralloide, hoc eſt, Hermaphrodito Chymico. Sumſit vice tertia intra corpus, curauitque ſe illini Spiritu Tartari correcti, & probe ad interiora penetrari, quatuordecim dierum ſpatio conualuit. Accedebat tumor magnus tibiarum cum feruenti rubedine & calore.

In Cancro.

Butyrum Saturni.

In ſpaſmo & magnis conuulſionibus.

Curauit quendam, qui membrorum vago dolore diſtorqueretur, cum purpurei coloris tumore, nunc è vno in alium locum ſe recipiente; aliis medicamentis non vſus eſt, quam bis ſanguinea ſtim meos eſſentia. Æger quinto die ſanitatem conſecutus eſt.

In con-

In Contracturis & Tabe.

Ad hos arcendos morbos propinauit dulce Microcoſmi ſolutum, datum intra corpus decima fere reiteratione, illinendo exterius adipem Taxi cum oleo Philoſophorum permixti. Intra tres ſeptimanas decumbentes melius habuerunt.

In Apoſtemate Capitis.

In morbo occulto, cum quo Medicus multa moliebatur, aſſumendum dedit Oleum Ophirizi, quo aſſumpto Hiſterica obſtructio ſoluta eſt, & Apoſtema Capitis adapertum, patiens intra menſem è morbo euaſit.

In Scabie Gallica, vulgo Frantzoſen Schörbe.

Laborauerat aliquis gallica ſcabie, cui dentes ſoluti & tremuli facti, ingentem dolorem articulorum perſenſerat, ad nigredinem tendentibus nodis, ſquamis & contracturis obſitis. Huic medicatus eſt Oleo Mercurii cum adipe humano & oleo Arceutidum mixto, cum quo alternis diebus vngebat nodos; dentes vero illiniuerat oleo Moſchocario ſiue Mularũ aromaticum. Diebus quatuordecim priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

In Hydrope.

Cum intenderam hunc morbũ curare Mercuriali catarctico, & corroborare ægrum: tam optime refeci patientem aqua ſtillatitia Cinamomi,

momi, quæ ſpatio viginti quatuor horarũ tranſcendit, aut Seplaſiorum Diacubebæ, quã cum magnæ virtutis & laudis eſſentiæ Auri in Rhoite, in malorũ granatorum Vino propinata.

In Ventris Torminibus.

Sulphur anodynum ex chalcanto Veneris & Martis, ad ſublimiorem gradum perductũ.

In Ictericia.

In hoc affectu prælucet meum Panchimagogon, extractum Rhabarbari, Spiritus Tartari. Liquor Stigius. Singularia ad hunc morbum myſteria.

In Vlceribus & malis patentibus.

Oleum dulce Saturni cum Caphuncleo.

In corporis adnato aliquo.

Ad magnas ſquamas & adnata corporis, quę omnem fere alimentarem ſubſtantiam in ſe trahunt, & ob id corpus deficit, Silum amianti asbeſtinum ſiue Botrochoides, cum Chalcanto illitum alligatumque.



SERIES

SERIES CVRATIONVM, MEDICAMENTORVMQVE GEORGII Phædronis Medici.

Praxis Chemica continet

Cura-

HALOPYRGICE, SIVE MEDICA CHEMICA PESTIS CVratio continet præter singularem medendi methodum

IN CHIRVRGIA MINORE IVXTA NOBILEM CVrandi scopum, hæc annotantur.

FVRNVS CHYMICVS HIS arcanis continetur

Purga-

FINIS.



De ☉ [illegible] vid.
Franc. Kieslz. in [illegible]
[illegible]

~~Horn. de ☉ [illegible]~~